







170

1.

2. 2

1.

3. 2

4. 2

5. 2

6. 2

Ja

=

8.





1708.

1. Bohm, Christian Michael: De sepultura et sepulchris.
2. Lanus, Sen. Fridericus: De juramento per genium principis.
3. Lange, Martinus: De successione clerici in gerendam matronam.
4. Langius, Martinus: De octiduo Saxonico reliquie intra illud expedientis.
5. Langius, Martinus: De actuum transmissione.
6. Menckenius, Jo. Burchard: De viris notitie acque ac scriptis illustribus.
7. = Menckenius, Burchardus: De commentariis historicis, quos Galli "memoires" vocant. 2 Sumpt. 1708-1740.
8. Menckenius, Ludovicus: Tractationis synoptical proles. Jus juris communis et imperium Saxonie Slectoralis disputatio IX.



1708.

9. Munderius, Ludovicus: Tractationis synopticae  
processus juris communis et supremis Saxoniae  
electoralis disputatio IX.
10. Olearius, Joan. Frid: Programma, quo ad electionem  
auspicalem invitatur.
- 11<sup>te</sup> Olearius, Jo. Frid: De usufructu omnium bono-  
rum legato.
12. Olearius, Jo. Frid: Praesentatio I. occasione  
leg. LXXIII pro. sig. J. 7. f.
13. Schackerus, Joh. Christianus: Praesentatio testatoris  
potestate.
- 14<sup>te</sup> Schellius, Johannes Christianus: De ortu et pro-  
gressu doctrinae imperii Germanici. Oratio, cum  
sibi collatum docendi munus auspicaretur. 2. Sept.  
Dec. 1709.
15. Trappanezer, Jo. Frid: De momento temporis









9742.

201.

1708, 8

TRACTATIONIS SYNOPTICÆ  
PROCESSUS  
JURIS COMMUNIS

ET INPRIMIS  
SAXONICI ELECTORALIS

DISPUTATIO DECIMA,

QVAM  
INDULTU

MAGNIFICI ICTORUM ORDINIS  
IN

ACADEMIA LIPSIENSI  
SUB PRÆSIDIO

DN. D. LÜDERI MENCKENII,  
PANDECTARUM PROF. PUBL. SUPREMÆ CURIÆ  
PROVINC. ET FACULT. JURID. LIPS. ASSESSORIS,  
NEC NON CANONICI NUMBURGENSIS,

PATRONI ATQVE PRÆCEPTORIS SUI SUBMISSO HONO-  
RIS CULTU ETATEM DEVENERANDI,

IN AUDITORIO ICTORUM  
PUBLICO ERUDITORUM EXAMINI  
SUBMITTET

CHRISTIANUS GANTZLAND,

Torgav.

AD D. IX. NOV. A. M DCC VIII.

LIPSIÆ.

Typis IMMANUELIS TITIL





TRACTATIONIS SYNOPSIS  
PROPOSITIS  
LITTE COMITIBUS  
ET IMPRIMIS  
SAZONICIS ET OTORALIS  
DIALECTICIS DICTAM  
DE MONTAGNORUM COMITIBUS  
ACADEMIA LIBRENSI  
DR. B. NÜDRI MENSCHEN  
CHRISTIANUS GANTLAND

ju  
R.  
ju  
l. j  
De  
Cr  
43







B. C. D.

ORDINAT. PROC. SAX.  
ELECT.

TIT. XIX.

DE DEFENSIONE CON-  
SCIENTIARUM.

Bon Vertretung der Gewissen.

I.



D declinandam iurandi necessita-  
tem inventa est & in Foris haud  
paucis recepta conscientia exoneratio  
per Probationes, quia aequo du-  
rius visum hunc, qui se probaturum  
esse idem, quod jurare iustus est, con-  
fidit, ad conscientiam vinculo juris-  
jurandi onerandam cogi. *a. l. 30. ff. d.*

*In Foris haud paucis re-  
cepta defensio conscien-  
tia per probationes.*

*jurej. l. 8. ff. d. cond. institut. l. 21. C. d. fid. instrum. l. 71. ff. d.  
R. V. c. 2. X. de probat. maxime cum liceat, praestito etiam  
jurejurando, per liquida Instrumenta perjurium detegere.  
l. f. C. d. reb. cred. ANT. FAB. in C. l. 4. t. 1. d. 3. MEV. P. 6.  
Dec. 166. id. ad Ius Lub. Part. 5. t. 8. art. 2. n. 22. DN. JOACHIM.  
CHRIST. KOCH. Prax. For. Germ. P. 4. c. 23. §. 12. Sed quia  
l. 38. ff. d. jurej. ait, manifestae turpitudinis est, nolle nec ju-*

*at Juri Civili ea non  
convenit.*

A rare



rare nec jusjurandum referre, & arbitrio actoris relinquatur, quamvis in promptu habeat probationes, utrum malit deferre jusjurandum an probare. *l. 25. §. 3. ff. d. probat. l. 22. §. 10. C. d. jur. delib. j. l. 1. ff. d. jurej.* sicuti *Disp. IX. §. 4.* deductum, reus autem viam, quam ingressus est actor, juramenti delatione, persequi tenetur. *d. l. 38. ff. de jurej.* Juri Civili conveniens est sententia, quæ ipsi facultatem defendendi conscientiam per probationes denegat. CONS. ANT. PEREZ *ad C. t. d. reb. cred. §. jurej. n. 22.* JASON. *ad l. manifest. §. 38. ff. d. jurej. n. 3. in f.* DUAREN. *ad t. C. d. jurej. c. 3. verb. Si is, cui defertur.* SETSER. *d. Juram. l. 4. c. 3. n. 12 seq. conf.* Per-illustr. Dn. BORN. *Disp. I. ad univers. Jus Judiciar. Comm. §. Sax. rb. 57. lit. b.* Diff. FRANZK. *ad II. t. d. jurej. n. 119.* BRUNNEM. *ad l. 30. ff. d. jurej. n. 10.* VOET. *Comment. ad II. b. t. §. 15.* Verum, licet contraria sententia commendetur eo casu, quo ad superstitionem usque religiosi homines verum jurare detrectant & omnem suspicionem perjurii declinant, proptereaque, cum in continenti id, quod jurandum, probari potest, eam probationem admitti cupiat UMM. *ad Proc. Disp. 14. n. 45.* teneram tamen conscientiam à scrupulo hoc liberari eidemque persuaderi gratum Deo hominique officium esse veritatis declarationem per jusjurandum factam, & cultus Divini speciem *Deut. c. 10. v. 20.* satius erat, quam defensionem conscientia, cum jactura temporis, impensarum testiumq; jurantium onere, & magna difficultate probationis plerumque conjunctam, generaliter admitti: siquidem Fori Experientia docet, frequentem abusum istius remedii exigere, ut usus valdè circumscribatur, quò allaboratum esse in nostra Saxoniam constat. conf. Dn. BERG. *ad O. P. S. b. t. Obs. 1.* Deprehensa igitur temeritate conscientiam defendentis non dubitavit eum, ex officio, in expensas, intuitu hujus defensionis factas, adversario condemnare *S. C. P. L. Term. Rem. 707. a. l. 13. §. 6. C. d. judic. O. P. S. t. 36. §. so wollen.*

*expeditq; illam potius  
circumscribi quam generaliter  
admitti.*

II. De-



II. Describi potest *Exoneratio Conscientiæ per Probationes*, quod sit actus, quo is, cui juramentum delatum est, ante jurisjurandi acceptationem, intra tempus legitimum, ejus, quod jurare debebat, probationem suscipit, ut a jurandi necessitate liberetur. *O. P. S. T. XIX. §. wan einem. I. j. P. 1. C. El. 14.* Atque hæc in Foro Saxonico Electorali & Communi observatur. RAUCHB. *P. 2. q. 3. n. 21. seq.* CARPZ. *P. 1. C. El. 14. d. 16.* MOLLER. *Semestr. l. 3. c. 3.* COLER. *Dec. 123. n. 12.* RICHTER. *Dec. 62. n. 29.* Itaque constituitur Regula. *O. P. S. b. T. §. I. Cuicumque delatum est ab Adversario juramentum, illi, ad declinandam jurandi necessitatem, licet conscientiam suam Probationibus defendere, id quod (1) ad hæredes etiam defuncti ad jurandum obligatos pertinet, siquidem grave ipsis est de facto alieno, credulitatis licet, jusjurandum persolvere. a. l. 42. ff. d. R. J. l. 11. §. 2. ff. d. act. rer. amot. j. P. 1. C. El. 24. ibiq. CARPZ. d. 9. NICOL. ad Proc. P. 1. c. 43. n. 5. conf. MOLLER. ad P. 1. C. El. 24. n. 10. (2) in Juramentis quoque legalibus habet locum. O. P. S. b. T. §. wan nun.*

II. Itaque Juramentum Minorationis præstare jussus probatione defungi potest. v. g. deducendo certam damni estimationem, aut damnum non esse datum. BERL. *P. 1. Concl. 33. n. 4.* CARPZ. *P. 1. C. El. 14. d. 20. n. 2.* MOLLER. *Semestr. l. 3. c. 38. n. 3.* eadem conscientiæ defensio obtinet in juramento in litere a. l. 71. ff. d. R. V. j. l. 15. §. 7. 9. ff. quod vi aut clam. RAUCHB. *Part. 2. q. 3. n. 19.* in Specificatione jurejurando confirmanda hereditatis. Dn. Riv. *ad. h. t. en. 1. Carpz. l. 3. Resp. 55.* fructuumve perceptorum. NICOL. *ad Proc. P. 1. c. 43. n. 5.* BERL. *P. 1. C. 33. n. 5.* MOLLER. *Sem. l. 4. c. 19. n. 3.* item, in juramento purgatorio. *O. P. S. b. T. §. II. verb. also auch, a. c. f. §. f. X. d. Jurej. j. Ord. Cam. P. 2. t. 10. §. 2. verb. es wäre dan.* RAUCHB. *P. 1. q. 3. n. 11. seq.* CARPZ. *P. 1. C. 22. d. 16.* BERL. *P. 1. Concl. 52. n. 29. seq. conf.* MOLLER. *d. C. n. 9.* nec non eo, quo asseveratur, Instrumentum esse noviter repertum juxta

Defensio Conscientiæ per Probation. describitur.

Obtinet Jur. Sax. Et. & Communi.

in juramento delato etiam (1) respectu hæredum de credulitate jurantium.

(2) in juramento legalib. e. g. minorationis.

in litere.

Specif. juram. confirm.

purgationis.

ob instrum. nov. repertum.



O. P. S. T. 24. §. da der Kläger. i. inf. cum purgatorium quodammodo imitetur, & legis auctoritate imponatur. Dn.

(3) sineque pars neq. ju-  
aex conscientie defens.  
reservaberis.

SCHWEND. ad Fib. Proc. n. 330. p. 683. seq. (3) etiam observandum est, quamvis jurare jussus ante sententiam, qua injunctum est jusjurandum, istam conscientie exonerationem sibi non reservaverit, neque in sententia, que in rem judicatam transiit, eadem expresse reservata fuerit. O. P. S. b. T. §. I. CARP.

Cessat defensio Confe.  
(1) in juram. Diffessio-  
nis documentorum.

P. I. C. El. 14. d. 14. inf. NICOL. ad Proc. P. I. c. 43. n. 5. Deficit autem jus defendendi conscientiam per probationem (1) in Juramento Diffessionis documentorum imposito. a. O. P. S. t. 25. §. weil es auch. 2. Dn. RIV. ad h. t. en. 2. CARPZ. P. I. C. El. 14. d. 22. ut & jurejurando, ad declinandam editionem documentorum, prestando. O. P. S. t. 26. §. wan ein part. I. ne una probatio ex alia nascatur & ad minuendas lites inventa fomitem earum præbeant, aut executivus ex instrumento quarentigato Processus in ordinarium degeneret. CARPZ. l. 3. Reff. 55. n. 12. seq. j. BERL. P. I. Concl. 33. n. 7. (2)

(2) in Juramento Sup-  
pletorio.

in Juramento Suppletorio, siquidem elapsus jam est probandi terminus, intra quem plenè probari non potuit, adeoque novis probationibus uti non licet. CARPZ. P. I. C. El. 14. d. 21. NICOL. ad Proc. P. I. c. 43. n. 6. conf. BRUNNEM. ad l. 30. ff. d. jurej. n. 6. RHET. Comm. in Jus Fend. commun. l. 1. t. 4. p. 206. (3) post delati jurisjurandi factam acceptationem.

(3) post jurisjur. acce-  
ptationem.

O. P. S. b. T. §. wan einem. l. 1. 39. ff. d. jurej. j. l. 5. C. d. O. & A. Dn. RIVIN. ad h. t. en. 3. CARPZ. P. I. C. El. 14. d. 3. BERL. P. I. Concl. 33. n. 6. Dn. SWEND. ad Fib. Proc. p. 1341. j. Diss. Prac. t. b. 10. eaque vel pro parte vel in solidum fieri potest. Dn. SWEND. ad Fib. Proc. p. 1317. seq. BRUNN. Proc. Civ. c. 23. n. 14.

vel relationem.

in f. aut juramenti relationem. d. §. post acceptationem aut relationem enim, cum semel via juramenti delationis approbata sit, neque directè neque per indirectum, veluti per documenta producta, probatio admittenda est. d. §. I. proinde is, cui refertur jusjurandum, præcisè jurare tenetur, nec ipsi probatio-

Jur. Sax. El.

tio-



tione conscientiam suam exonerare permittitur. P. 1. C. *El.* 14. in f. siquidem displicere non debet conditio jurisjurandi illi, qui juramentum detulit. l. 34. §. 7. ff. d. *jurej.* l. 12. §. 1. C. d. *reb. cred. & jurej.* CARPZ. P. 1. C. *El.* 14. d. 4. LAUTERB. *Dissert. de Juram. Relat.* tb. 107. BERL. P. 1. *Concl.* 33. n. 12. & *prac.* SETSER de *Juram.* lib. 4. c. 6. n. 5. conf. BRUNNEM. *Proc. Civ.* c. 23. n. 15. Diss. SCHNEIDEWIN. ad §. 11. I. d. *action.* n. 92.

& *Cisat.*

III. Nunc ad Terminum, defensioni conscientiae per probationes definitum, convertimur: ubi jubetur conscientiam salvaturus (1) intra octiduum, ex quo sententia injungens jusjurandum in rem judicatam transit, se eo nomine declarare, (2) postea intra Terminum Saxonicum articulos probatorios offere aliaque ad probationem necessaria observare. O. P. S. T. XIX. §. wan eiuem. I. verb. *iedoch.* & hoc utrumque sub poena desertionis est attendendum. CARPZ. P. 1. C. *El.* 14. d. 17. BERL. P. 1. *Concl.* 33. n. 9. Dn. SCHWEND. ad *Fib. Proc.* n. 630.

P. 1343. Fatale igitur primum, scilicet declarationi definitum octidui currit à tempore rei judicatae, non secus, atque de fatali oblationis ad jurandum *Disp. prac.* §. 23. dictum est, unde, in quibus juramentis legalibus fatale oblationis non est observandum, in illis fatale quoque declarationis cessabit, adeoque cum jurata specificatione imperata, pars conscientiam suam defendere probationibus cupit & intra octiduum declarationem haud facit, neglecti fatalis argui nequit. *conf. Dec. El.* 70. & O. P. S. b. T. §. wan nun. II. ceu pron. *Fac. Jur. Lips.* Mens. Jun. A. 703. *Conf. Dn. Riv. ad b. t. en. 5.* interim poena desertionis anticipationi oblationis ad jurandum, juxta Mand. *El. d.* 1682. (*J. Diss. prac.* §. 24.) constituta, tanquam odiosa, ad octiduum, declarationi intentionis de exoneranda conscientia determinatum, non est extendenda. c. 15. d. R. *J. in 6.* hinc, à tempore notificatae rejectionis Appellationis cum computatum esset octiduum, licet

Fatale §. declarat. animi defend. conf. per probat. currit à tempore rei iud.

non obtinet in juram. legal. in quibus cessat oblatio ad jur.

nec ejus anticipatio prohibita est.

per



per supplicationem amplius instari potuisset. *j. O. P. S. t. 18. §. wenn nun. 9. d. Mand. El. & elapsum nondum esset de-  
 cendum, facta declaratio de conscientia per probationem  
 exoneranda non habita est pro inutili in S. C. P. L. Term.  
 Luciz A. 1703, in C. H. P. ;: W. v. H. nec, pendente Leuter-  
 ratione contra sententiam juramentum injungentem, sus-  
 cepta conscientia defensio pœnam desertionis meruit apud  
 Dn. Riv. *b. t. en. 10.* is verò qui renunciavit Leuterationi vel  
 Appellationi, statim hac declaratione uti potest, quia sen-  
 tentiam pro re judicata agnoscit. *a. l. 28. C. d. Appellat. id. b.  
 t. en. 4.* Fatale secundum consistit in Oblatione Articulo-  
 rum Probatoriorum defendendæ conscientia servientium.  
 v. formula apud Dn. SCHWEND. *ad Fib. Proc. p. 1345. seq.*  
 Atque hoc currit non à tempore rei judicatæ, nec elapsi o-  
 ctidui, sed à momento, quo jurare jussus declaravit se exo-  
 nerare velle conscientiam per probationem, is enim Ter-  
 minus à quo verbis & sententiæ *O. P. S. T. XIX. §. I.* est conve-  
 nientissimus: jedoch daß er sich dessen innerhalb acht Tagen/  
 nachdem das Urtheil in seine Krafft gangen / erkläret / auch hernach  
 (nempe nach der Erklärung) binnen Sächf. Frist die  
 Beweis- Articul einbringe. *j. O. P. S. t. 11. §. es soll. 3.* Licet enim  
 Terminus iste sit probatorius, non tamen est ordinarius &  
 generalis, sed qualificatus & specialis in *d. O. P. S.* singula-  
 riter definitus, terminusque jurandi *P. 1. Constitutione El. 12.*  
 Ordinatione Processus Saxonicæ vetustiore, non huic  
 termino probatorio simpliciter, & respectu termini à quo,  
 sed secundum quid, exæquari meruit, scilicet in primis ad  
 effectum, post eam probationem, obtinendi intentionem  
 eandem, quæ fuisset juramenti persoluti, ita tamen, ut defi-  
 cienti in probatione salvus sit ad jusjurandum regressus.  
 Conf. Dn. SCHWEND. *ad Fib. Proc. n. 630. p. 1343.* Dn. BERG.  
*ad. O. P. S. b. t. Obsf. 2. not. 6. pag. 618. seq.* ZIEGL. *ad b. t. verb.*  
*auch hernach. p. 127.* SUEV. *de Prob. pro exon. consc. c. 3.**

*facta remiss. Leut. &c.  
 statim incipit currere.*

Fatale oblacioni artic.  
 probat. definitum com-  
 putatur rectissime à  
 tempore oblacionis.



DISP. X. TIT. XIX. DE DEFENSIONE CONSCIENTIARUM.

n. 24. seq. atque sic pron. F. J. L. Menf. Nov. A. 1701. it. Menf. Nov. 1702. conf. Dn. Riv. ad b. t. en. 6. Diff. Nicol. ad Proc. P. 1. c. 43. n. 11. Quod si vocem: *hernach*/ ad elapsum octiduum referas, per saltum immediatè antecedens terminus à quo, declarationis, negligitur & constructio ad verba remotiora, contra probabilem Legislatoris, fatale determinaturi, sententiam porrigitur, studio fatale octidui in Terminum Saxonicum haud imputandi & probationem adjuvandi, ceu in S. C. P. L. Term. Luciae 1686. iudicatum esse monet Dn. Riv. c. l. videlicet in valde ambiguis quaestionibus nonnunquam temperamentum adhibetur, ne, haud improbabilè planè veritatis opinione tractus, irreparabile damnum sentiat. a. Nov. 2. c. 3. l. 192. §. 1. ff. d. R. J. Caterum quoniam in O. P. S. b. t. §. 1. usurpantur voces: *mit Beweise*/ item *Beweis* Articuli. j. c. 2. X. d. probat. & is, qui juramentum deculit, aut ansam imponendo iurijurando, propter quod defenditur conscientia, dedit, pro se haud exiguam habet veritatis ac iustitiæ præsumtionem; contra exoneratur conscientiam, detrectando jusjurandum, quo iudex & testis in propria causa constituebatur. l. f. C. d. *fidei comm.* suspicionem laborantis conscientiae auget, imperfectæ probationes, sive articulis non inclusæ. a. b. T. §. 1. sive ex meris attestatis, sive ex Rotulis attestatorum, summarie à J. d. ice aut Notario confectis, collectæ non admittuntur, monente Dn. Riv. ad. b. t. en. 12. 13. 14. nec in causis summaris imponitur, apud nos, die *Beseheimigung*/ sed usurpantur verba: *er wolte dem dasselbe mit Beweise vertreten*/ interim demonstrationi, etiam sine articulis, locum relinquit Dn. BERG. ad b. t. obs. 2. not. 1. p. 607. seq. Id verò dubio vacat, quod super articulis, ad declinandum juramentum tendentibus, susceptæ juramenti delationes, novis ambagibus viam aperiennes, haud ferantur, in specie probandi necessitate injuncta. a. l. 83. ff. d. cond. & dem.

Et Probationem, non qualemcumque deductionem, desiderat.

nec demonstratio apud nos injungitur.



ceum pron. F. J. L. Mens. April. it. Nov. A. 700. Mens. Dec. 706. Dn. Riv. d. l. en. 15. j. O. P. S. T. 18. §. do aber. 4. t. II. §. 5. & Diss. Proc. VII. ad t. II. §. 12. nisi forte adversa pars juramentum delatum acceptet. a. l. 2. l. 17. ff. d. jurej. ceum pron. F. J. L. Mens. Oct. 708.

*Suscepta Prob. pro exoneranda, conf. non admittit, reprobatio,*

IV. *Suscepta Exoneratione Conscientia per probationes adversario non permittitur reprobatio.* O. P. S. T. XIX. §. wann num. II. P. I. C. El. 14. ibique CARPZ. d. 16. BERL. P. I. C. 33. n. 11. ne causa jurijurando commissa probatione & reprobatione expediatur. a. l. 34. §. 7. ff. d. jurej. atque, si fuerit contrarium plenè aut minus plenè probatum, regressus ad jusjurandum præscindatur, adeoque, in favorem jurare jussi, concessa probatio in ipsius præjudicium detorqueatur. c. 61. d. R. J. in 6. itaque reprobationem vel per exceptionem inadmissibilitatis, ut loquuntur, der Unzulässigkeit / vel protestationem impedire licebit. Dn. SWEND. ad Fib. Proc. p. 1346. Atque hoc in Dec. El. XIX. §. so wollen. extensum ad Interrogatoria, quæ causa merita respiciunt: ea enim, circumstantias juraturo onerosas ut eruant, ipsumque de veritate negotii convincant, adhibentur, ac proinde eodem indirecte, quò reprobatio, tendunt regressumque ad jusjurandum impedire queunt; contra interrogatoria, ad personas testium pertinentia illorumque fidem indagantia, feruntur, alias suspecti perfidive testes facile pro omni exceptione majoribus agnoscerentur Judicemque circumvenirent, id quod omni cura evitandum est. a. l. 3. pr. §. 2. 5. ff. d. testib. Conf. CARPZ. l. 3. Resp. 50. n. 12. seq. PHILIP. ad d. Dec. 19. Obs. 1. Dn. SWEND. ad Fib. Proc. p. 1347. Dn. Riv. ad l. t. en. 20. conf. BRUNNEM. Proc. Civ. c. 23. n. 14. unde pron. esse recorder: daß der angegebene Zeuge auff die zum Acten gebrachte interrogatoria generalia billich abgehöret wird / die Specialia aber sind nicht zulässig. B. R. B.

*neque locus est interrogatoris ad merita pertinentibus.*



DISP. X. TIT. XIX. DE DEFENSIONE CONSCIENTIARUM.

V. Offerre potest articulos defendendæ conscientia servientes vel Principalis vel Procurator ejus, licet speciali mandato eum in finem non sit instructus: Principali enim hæc defensio prodest, eidemque salvus relinquitur ad juramentum regressus, sicuti commemoratum *Disp. Proc. V. ad T. VII. O. P. S. §. 17. n. 2.* Conf. Dn. Riv. *adh. t. en. 22.* Quod si autem is, qui jurare debuit, legitime plenèque probatione defungatur, atque sic conscientiam suam exoneret, à jurandi necessitate liberatur & absolvitur ab actione. O. P. S. b. T. §. wan nun. II. scilicet quando conscientia defensio actionem penitus exhaustit. e. g. daß Besl. dasjenige/so er zu Vertretung seiner Principalin Gewissen zu erweisen sich angemasset / zur Nothdurfft erwiesen/derowegen dieselbe von der angestellerten Klage billich entbunden wird / inmassen wir sie hiermit davon entbinden und loß zehlen/ auch die in dieser Sache beyderseits auffgewendete Unkosten / aus bewegenden Ursachen / gegen einander compensiren umb auffheben. Vicissim quoties Actor, cui delatum est jusjurandum, post affirmativam litis contestationem, super annexa exceptione peremptoria solutionis, compensationis, fecit conscientia defensionem, & v. g. non esse solum nec mutuum existere debitum probavit, reus est condemnandus. Dn. Swend. *ad Fib. Proc. n. 632. p. 1350.* verum, si jurisjurandi delatio, suscepta ab actore aut reo, speciale punctum saltem respexit, fertur interlocutoria. *id. c. l. v. g. daß El. durch den geführten Beweis/ seiner Principalin Gewissen zur Nothdurfft vertreten / derowegen sie mit dem über den 16. 17. und 18. Gegenbeweis/Articul deferirten und zuerkanten Eyde numehro zu versehenen.*

*Ad offerendos articulos per Procur. non requir. Spec. Mand.*

*Conscientia defensa à reo contra actionem, is absolvitur.*

*ab Actore contra except. perempt. reus condemnatur.*

*ab alterutro, puncti special. nomine, fertur interlocutoria.*

*Conscientia non defensa prestandum est à parte deser. juram. calumn. & postea juram. princip.*

VI. Conscientia per probationem non exonerata, is, cui juramentum delatum est, etiam legale, ut purgatorium, adhuc jurare tenetur. O. P. S. T. XIX. §. wan nun. II. CARPZ. P. I. C. El. 14. d. 18. *prævio calumnia juramento in eo casu, quo locum habet, finita & non facta probatione demum præstando. d. §. II.*



verb. auf des deferenten vorgehenden Eyd vor Gesehrde. a. P. 1. C. El. 12. §. f. l. 34. §. 4. ff. d. jurej. j. l. 11. ff. d. poen. l. 14. §. 1. ff. ut leg. f. fideic. serv. caus. CARPZ. lib. 3. Resp. 54. n. 9. seq. RICHT. Dec. 108. n. 14. ZIEGL. ad b. t. verb. nicht ehe. j. NICOL. ad Proc. P. 1. c. 39. n. 2. *Præstant autem hæredes defuncti, qui ritè suscepta & pendente hac probatione decessit, quoties inchoatam ab ipso conscientie defensionem ad finem perduxerunt nec probaverunt, juramentum credulitatis. d. §. II. ceu pron. Supr. Cur. Prov. Lips. Term. Trin. H. 1695. in C. H. R. v. H. :/ V. H. v. Th. verb. de credulitate, zu schweren schuldig. ZIEGL. ad b. t. verb. juramento credulitatis. Eadem jurandi necessitas obtinet quando exoneratur conscientiam, durante fatali probationis, (post publicatas attestaciones itaque renunciatio non idem operatur, ceu visum F. J. L. Mens. Maj. 707. a. N. 90. c. 4.) illi renunciat, cui tum fatale oblationis à tempore factæ renunciacionis currit. a. l. 29. C. d. Pact. ceu pronunc. F. J. L. Mens. Jun. 705. Conf. Dn. Riv. ad b. t. en. 25. Dn. BERG. ad b. t. Obs. 2. not. 4. p. 613. Dn. Swend. ad Fib. Proc. n. 631. p. 1348. seq. idemque regressus ad juramentum est salvus, quando articuli probatorii pro impertinentibus sunt declarati. Dn. Riv. b. t. en. 25. Dn. BERG. ad b. t. p. 615. deficit enim lex regressum hunc prohibens. a. N. 2. c. 3. l. 5. ff. d. probat. Ubi circa examinandos articulos sedulam adhiberi à judicantibus curam fas est, ne, cum dispendio temporis sumtumq; admittantur, quorum probatio ad exonerandam conscientiam futura est inanis, maximè verò in eo peccari videas, quòd articuli non tam ad id, quod jurandum est, quàm ad exceptiones replicasve, liberationi ab obligatione servientes, dirigantur, quos haud ferri convenit, quia, quod jurari debet, falsum esse non arguunt, nisi forte Libelli generalitas hos articulos ferri jubeat. v. g. cum ad præsens debitum certæ quantitatis respicit: tum enim solutionis exceptionem articulis inseri probarique posse, ad evitandum jusjurandum,*

*si mortuus fuerit jurare  
jussus & hæredes non  
probasse declaratum, hi  
de credulit jurant.*

*non denegatur regres-  
sus ad juram. cum Prob.  
pro exon. consc. renun-  
ciatum.*

*aut articuli pro imper-  
tinent. declarati.*

*quales sunt ad except.  
vel replicam directi.*

*nisi aliud ex libelli ge-  
neralitate sinat.*



dum, iudicavit S.C.P.L. Term. Lucia 702. in C.C.W. : R.v.B. & F. J. L. Mens. Sept. 704. idemque observabitur, quando Actor juramenti delationem specialiter ad libelli peti- tum extendit; siquidem tunc exceptionibus virtus petiti potest elidi. Dn. BERG. *b. t. Obsf. 2. not. 3. p. 611. seq.* Præterea unicus testis, absque aliis adminiculis, adhibitus conscientiam non levabit, eumque haud admitti, quàm postea ad jusjurandum suppletorium viam aperiri, satius est. *a. l. f. C. in quibus caus. in int. rest.* quod si verò adversarius hoc modo à calumniæ juramento se liberari cupiat, aut semel admissa sit ista probatio, patebit, teste hoc omni exceptione majore articulos concludentes affirmante, ad suppletorium transitus. conf. Dn. BERG. *b. t. obsf. 2. not. 5. p. 616.* Interim propter testes similesve probationes, contra intentionem exoneraturi conscientiam, pro adversario facientes non facile denegatur ad jusjurandum declinatum recursus. *a. O. P. S. b. T. §. man nun. II.* nisi forte juraturus pro convicto haberi queat; suspensiones tamen perjurii urgentes accersendis juramenti præstationi Clericis occasionem præbere queunt. Dn. RIVIN. *ad h. t. en. 29.*

*An unicus testis ad defenf. consc. admitti queat. Resp. Neg.*

*lim.*

*si testes & c. juraturum convincant, non admittitur ad juram. principale.*

VII. *Qui defendit conscientiam per probationem, debet tam in probando diligentiam adhibere, nec eam protrahere debet.* *b. T. §. I.* aliàs probationem deseruisse censetur, pro re nata. *O. P. S. T. 20. §. und dieweil. §. nachdem.* Dn. RIV. *ad b. t. en. 20.* atque hujus pœnæ comminatoria sententia declaratoriam desertionis quandoque præcedit: *daß Best. den/zu Vertretung des Gewissens/ angemasseten Beweis/ bey Ver- lust desselben/ gebührend fortzusetzen/ und zu beschleunigen schuldig/ is verò, qui probationem deseruit, amplius ad juramenti præstationem non admittitur.* *O. P. S. b. T. §. II.* & hanc sententia negligentia animadversionem, surrogata defensione in probationis locum. *a. c. 3. X. ut lit. pend. CARPZ. l. 3. Resp. 59. n. 3. seq. BERL. P. 1. Concl. 33. n. 20. MART. ad h. t. §. 2. n. 38. conf. RICHT. dec. 108. n. 15.* ita ut exceptiones, quas litis con-

*Negligentia defenden- tis consc. per prob. puni- tur desertione.*

*cujus declar. sentent. nunquam preced. comminatoria.*

*deserta hac probatione, recursus ad juram. est præclusus.*



testationi annexuit, probaturus non audiatur, ne indirectè desertionis poenæ se subducat. *a. l. 4. §. 2. ff. d. bis qui not. infam. c. 84. d. R. J. in 6.* prætermissio igitur exceptiones deducendi conatu *Supr. Cur. Prov. Lips.* Term. Lucia A. 703. pronunciavit: daß Befl. an dem/zu Vertretung seines Principalen Gewissen/angemasseten Beweise/ und folglich dem ihm zuerkannten Eyde / sich versäumet/ derowegen er die libellirten 30. und 50. Thl. samt dem interesse moræ und denen in dieser Sache auffgewendeten Unkosten / nach vorhergehender liquidation und unserer Ermäßigung/ Klägern abzustatten schuldig. *Conf. Dr. SWEND. ad Fib. Proc. p. 1351.*

*Qui semiplenè probavit  
in defens. consc. & sup-  
pletorii neglexit termi-  
num, ad juram. princ.  
admittitur.*

VIII. *Nonnunquam exoneraturus conscientiam semiplenè probasse deprehenditur eidemque injungitur juramentum suppletorium*, qui, si terminum jurandi neglexerit, ad juramentum regredi haud prohibetur, quia semiplenè intentionem suam deduxit, adeoque quodammodo probavit, effectu autem supplementi, quod jurejurando suppletorio intendebatur, excidit, sed, quia suppletorium ordinariæ probationis portio est, illius desertio defensionem conscientia non in solidum extinguit, sed facit saltem, ut id, quod jurandum, non censeatur esse probatum, itaque datur adhuc ad juramentum delatum redeundi facultas. *CARPZ. l. 3. Resp. 59. n. 7. BERL. P. 1. Concl. 33. n. 21. seq. Dr. SWEND. ad Fib. Proc. n. 633. p. 1354.* verb. daß Befl. an dem ihm zuerkantten Eyde sich versäumet/ er wird aber zu dem Haupt Eyde nochmals billich zugelassen. Pariter quando *defunctus suppletorium, terminum præstationi desinitum negligendo, deseruit, hæredes ipsius ad juramentum principale delatum, de credulitate persolvendum, admittuntur.* *O. P. S. h. T. S. damit nun. III. ex quo liquet deferentem à juramento calurania immunem non esse, hæredemque ad suppletorii præstationem frustra adspirare.* *ZIEGL. ad h. t. verb. an statt.*

*cum defunctus term. jurandi supplet. neglexit hæres jur. princ. præstare potest.*

ORDI-



ORDINAT. PROC. SAXON.  
ELECTOR.

TIT. XX.

## DE PROBATIONE.

## Von der Beweisung.

I.

**P**ostequam de Jurejurando, vim probationis habente. *l. 11. §. f. ff. d. jurej. & illius declinatione, per Conscientiæ, virtute probationum, exonerationem est actum, ad Probationem in specie convertimur. Quæ describi potest, quod sit rei dubiæ judici, per argumenta facta demonstratio l. 3. §. 1. 2. ff. d. testib. l. 21. §. f. ff. eod. l. 12. ff. d. probat. l. 19. C. eod. l. 13. C. d. non num. pec. Atque hæc abicit (I.) r. Modi in Artificialem, quæ arte & industria humana excogitatur; quod refertur Præsumtio, item Conjectura, cum ex Circumstantiis, ut antecedentibus & consequentibus, quid elicitur. a. l. f. C. d. contrab. emt. l. 20. C. d. Probat. MENOCH. d. præsumt. l. 1. præfat. n. 5. 9 seq. DUAR. ad t. d. Probat. c. 3. Inartificialis Probatio est, quæ nullam peculiarem industriam requirit: veluti quando probatur per testes, instrumenta. l. 15. C. d. fid. instrum. c. 10. X. d. V. S. Ichnographiam, eimen Abriß. R. J. d. A. 1654. §. 51. Ocularem inspectionem. c. 6. X. d. frig. & malef. l. 3. C. fin. reg. IMM. ad Proc. Disp. 15. n. 4. (II.) r. Temporis in Regularem & irregularem. Regularis fit post actionem motam litemque contestatam. Cap. 5. X. ut lit. non contest. Irregularis suscipitur ante actionem motam litemve contestatam. d. c. 5. Hæc improbari solet; unde Rotulus testium Examinis ante litem contestatam suscepti frustra, probationis vice, in termino producitur. Dn. RIVIN. ad. b. t. en. 34. Probatio tamen ad perpetuam rei memoriam licita est. d. c. quæ considerabitur*

Probatio quid?

Divid. [I.] in Artificialem &amp; Inartificialem.

[II.] in Regul. &amp; Irregularem.



[III.] in *Ordin. & Summariam.*

*Differ. Prob. & Demonstr.*

*hæc fieri potest (1) absq[ue] articulis.*

*(2) per Rotulos attestat. Summ.*

*(3) copiis instr. non transm.*

tur, Bono cum DEO, O. P. S. T. 27. (III.) r. *Processus* in Probationem ordinariam, & summariam. *Probatio Ordinaria*, ein Beweis/ est, quæ in Processu Ordinario solemniter suscipitur. a. *Clem. 2. d. V. S. O. P. S. T. 20. §. 1. t. 21. §. 1. t. 24. §. 1. Probatio Summaria s. Demonstratio*, die Bescheinigung/ est, quæ in Processu summario minus solemniter fit. d. *clem. 2.* Atque hæc diversa est ab ista: nam in Probatione Articulorum formatio & transmissio O. P. S. t. 20. §. 1. Term. Sax. observatio, Documentorum in copia communicatio, & plenaria veritatis indagatio præcise requiritur. d. §. 1. & t. 24. §. 1. At in Demonstratione (1) Articuli non sunt necessariò formandi, itaque Documenta absque Articulis admiffa sunt in F. J. L. *Mens. April. 703.* sed, si Judex articulos expedire deprehendat, hos offerri jubet, ita ut nullum ex non oblati intra fatale, sententia decretove datum, articulis pars sentiat detrimentum. a. *Clem. 2. d. V. S. ceteri pron. Fac. Jur. Lips. Mens. April. A. 702.* Dn. BERGER. *ad. Lauterb. t. d. prob. p. 505.* (2) Summariam Examen testium redactum in Rotulum fertur, adversario non vocato ad danda interrogatoria, sive coram Notario & Testibus, sive coram Judice Examen sit expeditum; in Processu Ordinario non item, hinc Rotulos Notariorum non esse recognoscendos pron. S. C. P. L. Term. Rem. A. 94. & sæpius, idemque de Præfetti Rotulo summariam Examen testium continente visum S. C. P. L. Term. Trin. A. 96. Conf. Dn. RIVIN. *ad b. t. en. 32. 33. 34. 35.* nihilominus remonstraturus, quicquid per interrogatoria indagare potuisset, iisdem testibus ad articulos remonstratorios examinatis, investigare haud prohibetur. conf. Dn. BERGER. *ad O. P. S. t. II. not. 4. p. 360. seq.* (3) Copiis non transmissis instrumentorum, demonstratio deserta non est, sicuti pron. F. J. L. *Mens. Dec. 706.* Conf. Dn. RIVIN. *ad O. P. S. t. 24. en. 1.* Dn. SWEND. *ad Fibig. Proc. p. 655.* Dn. BERG. *ad. b. t. Obs. 1. n. 1.* (4) Terminus Saxonicus, tan-



tanquam peremptorius, non attenditur, nisi fuerit in sententia specialiter determinatus. CARPZ. l. 3. Resp. 75. n. 5. seq. Dn. SWEND. ad Fib. Proc. p. 650. id quod usus quotidianus evincit. conf. BRUNNEM. Proc. Civ. c. 18. n. 15. (IV.) r. effectus in plenam & minus plenam. Plena est, quæ Judici plenam fidem facit. Hac in dubio inuncta censetur. a. l. 33. ff. d. cond. & dem. Minus plena est, quæ minus plenam fidem facit, sive sit semiplena major sive minor, sive semiplena: nam dari semiplenam probationem contra DUAR. Disp. aniverf. lib. 2. c. 33. WISSENB. ad π. P. 1. Disp. 43. tb. 3. rectè defenditur. a. l. 31. ff. d. jurej. l. 3. §. 1. 2. ff. d. testib. l. 5. l. 6. C. d. probat. l. 5. §. 6. ff. d. re. mil. c. f. §. f. X. d. jurej. Conf. UMM. ad Proc. Disp. 15. n. 5. Per-Illustr. Dn. JAC. BORN. Disp. I. ad univ. J. Jus Judic. Comm. & Sax. tb. 50. lit. b. idque observantia fori atq; Ord. Crim. art. 23. 30. extra dubium constituit. CARPZ. P. 1. C. 23. d. 4. VINN. S. 2. l. 1. c. 44.

II. Quoniam verò de eo, quis probandi onus suscipere debeat, varia est in Judiciis contentio, Regulam formare licebit, qua probatio eorum, quæ ab adversario negata sunt, affirmanti imponitur. l. 21. ff. d. probat. l. 22. ff. eod. non simpliciter neganti. a. l. 23. C. d. probat. l. 10. C. d. non num. pec. UMM. ad Proc. Disp. 15. n. 6. itaque, quamvis filius Patri hæres suus ipso jure fiat. §. 3. I. d. hered. que ab intest. l. 8. C. d. suis & leg. her. creditor tamen, actum immixtionis affirmans, eundem probare tenetur. a. l. 2. l. 22. ff. d. probat. MENOCH. lib. 4. pr. §. 99. n. 4. CARPZ. l. 6. Resp. 64. CHRISTIN. V. 4. Dec. 27. n. 3. atque sic pron. F. J. L. Mens. April. A. 704. & resp. Mens. Jul. 703. quodsi verò Actor, validæ præsumtionis virtute, probandi onus declinet, veluti in Actione negatoria, præsumtionem libertatis pro se habens. a. l. 8. l. 9. C. d. servit. j. l. 23. C. d. probat. cum reus in jure servitutis fundamentum collocet, hic ad probationem adigitur, non actor. HUBER. in Pral. ad π. t. si servit. vind. pos. 4. CARPZ. l. 1. Resp. 67. Diss. WISSENB.

[.] etiam post Terni. Sax. nisi hic fuerit definitus.

Prob. div. [IV] in Plenam & minus plenam.

Datur Semiplena Jur. Civil. & Hodierno.

Affirmanti incumbit probatio.

adeoque in Negatoria reo de servitute excipienti.



etiam si (1) eam quasi ad π. P. 1. *Disp. 20. th. 20.* idque apud nos receptum est, licet  
possideat apud nos.

(2) puncta negatoria  
cum confessoria sint cu-  
mulata.

Neganti incumbit pro-  
batio, quando se in ne-  
gat. fundat.

nisi (1) negatio sit pri-  
vilegiata.

(2) negetur jus commu-  
ne adversario.

(1) negatio sit virtual  
affirm.

(4) negativa Circum-  
stantiis sit circumscri-  
pta.

Terminus Probat. Ju-  
re Comm esse solet ar-  
bitrarius.

reus sit in quasi possessione servitutis. CARPZ. *d. l. n. 10. seq.*  
Dn. BERG. *adb. t. obs. 1. not. 6. p. 642. seq.* RICHT. *Dec. 98. n. 63.*  
uti pron. F. J. L. Menf. Aug. A. 700. aut confessoria cum ne-  
gatoria cumulata fuerit, ratione punctorum ad negatoriam  
pertinentium. Proinde rusticis contra Dominum jurisdi-  
ctionis, propter operas similesque praestationes, actionem  
moventibus & varia capitula juxta O. P. S. t. 5. §. *wir lassen.*  
conjungentibus, in punctis ad negatoriam respicientibus, se-  
cundum illius naturam, reo injuncta probatio in F. J. L.  
M. Mart. A. 701. vid. Dn. Swend. *ad Fib. Proc. p. 521.* Nihilominus  
neganti quoque imponi potest probandi onus, quoties in-  
negativa se fundat. *a. l. 19. ff. d. probat.* BARTOL. *ad l. 23. C. d.*  
*probat. n. 6. e. g.* creditori, qui fidejussorem convenit & prin-  
cipalem non esse solvendo contendit. *a. l. 5. §. 2. ff. ne quis*  
*eum, qui in jus voc. l. 5. §. 1. ff. qui satisd. cog.* FRANC. *d. Fidej. c. 5.*  
*n. 319.* CARPZ. *P. 2. C. 18. d. 15. n. 6.* nisi forte (1) negatio, vi pri-  
vilegii, onus probandi transferat. *l. 25. §. 1. ff. d. probat.* veluti  
in exceptione non adimpleti contractus. *a. l. 13. §. 8. ff. d. act.*  
*emt. l. 25. ff. eod.* non numerata pecunia. *l. 14. C. d. non num.*  
*pec. de quo actum est Disp. Proc. VII. ad T. XI. O. P. S. §. 13.*  
(2) negetur adversarium jure communi uti posse. *l. 5. ff. d.*  
*probat.* UMM. *ad Proc. Disp. 15. n. 10.* (3) negatio sit pragnans s.  
virtualis affirmatio. *a. l. 8. ff. d. probat. c. 5. X. d. renunciat.*  
BRUNNEM. *Proc. Civ. c. 18. n. 1.* (4) negativa sit circumstan-  
tiis loci, temporis aliisque circumscripta. *a. l. 14. verb. nisi. C.*  
*d. contrab. vel committ. stip.* CHRISTIN. *V. 3. Dec. 26. n. 1. seq.*  
MASCARD. *de Probat. V. 1. concl. 80. n. 6. seq.* MARTIN. *ad O. P.*  
*S. b. t. §. 1. n. 274. seq.*

III. Jure Communi exceptiones dilatoriae & peremto-  
riae litis ingressum impediens ante litis contestationem  
opponuntur ac probantur. *a. l. 12. l. 13. C. d. Except. l. 7. l. 9. ff.*  
*d. jurej. c. 1. d. lit. cont. in 6.* idemque hodie attendi *Disp. Proc.*  
VII.



VII. ad T. XI. O. P. S. §. 2. 3. 7. 15. declaratum est; sed, cum intentionem suam actor proposuit & reus eidem contradixit, atque sic facta est litis contestatio, *l. un. C. d. lit. cont. l. 14. §. 1. C. d. judic. c. un. X. d. lit. cont.* GONZALEZ TELLEZ ad d. c. un. n. 11. seq. *Jure Communi* permissum actori negatorum probationem suscipere, item reo contrarias probationes afferre exceptionesque deducere, usque dum terminus probatorius, à lege vel arbitrio Judicis parti præfixus, prætereat. *a. l. 1. C. d. dilat.* qui si specialiter datus non fuerit, donec publicentur attestata aut ulterior testimonium productio illicita sit, testes. *N. 90. c. 4. c. 17. X. d. testib.* documenta verò ante conclusionem in causa producere permittitur, *c. 9. X. d. fid. instrum. j. c. 5. X. ut lit. non cont. l. 8. l. 9. C. d. except.* Terminus autem probatorius est preemtorius. *a. l. 1. C. d. dilat. j. l. 13. §. 4. ff. d. excusat.* eumque anticipare licet, at non propria autoritate protrahere. MASCARD. d. *Probat. V. 1. Concl. 17. n. 30. seq.* MENOCH. d. *A. 7. Q. l. 2. cent. 1. cas. 52. n. 7. seq.* Hillig. ad *Don. l. 24. c. 6. lit. d.* BRUNNEM. ad *l. 1. C. d. dilat. n. 19. seq.* LYNCK. ad *Decret. l. 2. t. 20. §. 8. c. 22. §. 4. conf. BLUM. Proc. Cam. t. 73. §. 8.* Camera Imperii quoque Terminum Probandi arbitrio Judicis definiri patitur. *Ord. Cam. P. 3. t. 16. §. 3. R. I. d. A. 1654. §. 35. 30. 54. GAIL. l. 1. obs. 91. n. 13. RULAND. d. Commissar. P. 1. lib. 2. c. 7. n. 26. c. 8. pr.* At *Jure Saxonico Electorali pars, cui injuncta est per sententiam decretum de probatio, intra Terminum Saxonicum, sive 6 septimanas & 3 dies, computandum, ex quo sententia vel decretum in rem judicatam transit, Articulus Probatorius unà cum Nominibus Testium & Documentis literariis, quibus probare intendit, offerre debet.* O. P. S. T. XX. §. ein ieglich. I. P. 1. *Const. El. 16.* Jus Sax. Commune Probationi sex hebdomadas indulgit. *LR. l. 1. a. 62. Weichb. art. 75. 86.* quibus additum est in Constitutionibus Electoralibus triduum, atque sic emerfit Terminus Saxonicus, *h. t. §. 1. P. 1. C. El. 16.* sententia decretove imposita probatione observandus. *d. §. 1. quod si*

& Jure Camer. Imp.

J. Sax. Comm. est 6.  
hebd.  
Elect. Term. Sax.



verò in Processu Executivo versetur, actor probationem statim expedit, reoque injungitur citra moram recognitio, & si probatio exceptionis litis ingressum impediens suscepta fuerit, actori imponitur recognoscendi necessitas, licet nulla præcesserit sententia, qua parti imperata sit probatio. O. P. S. T. 24 §. wenn auch. A Regula Terminum Saxonicum definiente receditur (1) quando Diffamanti fundamenti

exc. (1.) fundamentum Diffamationis vel actionis principalis probari solet intra Term. Sax. duplic.

Diffamationis probatio, item actionis principalis institutio, intra duplicatum Terminum Saxonicum, imponitur. Dn. SWEND. *ad Fib. Proc. p. 605.* Id quod Diffamato petente, vel observantia invitante, non raro in foris nostris contingit, necessitatis tamen simplicis non est, quia unicus etiam Term. Sax. sufficit. *a. Mand. Appell. d. A. 1670. §. anlangende.* id quod supra *Disp. II. Proc. th. 28.* propositum est. Conf. Dn. BERG. *Elect. Proc. Provoc. th. 35.* conf. Dn. RIVIN. *ad b. t. en. 20. 21.*

( ) in brax. & vend. ce- rev. probanda 2 Mens.

(2.) in Jure braxandi & vendendi terevisiam nobilibus &c. vindicato, item jure fovendi in Pagis Opifices nulli Collegio adscriptos, hoc enim probari debet intra duos menses. *Ord. Prov. d. A. 1555. t. brauen/ schenken. §. es soll auch. §. weil sich aber. C. S. p. 53. Ref. Gr. d. A. 1653. 57. gr. 99. C. S. p. 1059.* FINCKELTH. *Obf. 70. CARPZ. P. 1. C. 16. d. 72. NICOL. ad Proc. P. 1. c. 48. n. 9.* cui determinationi difficultas deducendi illud jus, maxime immemorabilem præscriptionem, ansam dedisse videtur. *d. Ord. Prov. §. datum.* Dn. BERG. *ad b. t. Obf. 1. not. 5. p. 642.* sed istud jus singulare ad Civitatum &c. reprobationem haud extendendum. *a. d. Ord. Prov. §. weil sich. verb. ihre Gegenbe- weisung. j. l. 14. l. 16. ff. d. legib. c. 15. d. R. 7. in 6. verum in- Termino Sax. acquiescendum est, judicio F. 7. L. Mens. Dec.*

reprobatio Term. Sax. absolvenda est

( ) in probat. Exepr. Spolii. 15. dieb. exped.

704. (3) in Exceptione Spolii, cui probanda spacium 15. dierum est determinatum. *c. 1. d. ref. spol. in 6. P. 1. C. El. 6. O. P. S. T. 11. §. desgleichen. 5. Dn. Swend. ad Fib. Proc. p. 605.* cui monitum est *Disp. Proc. VII. ad Tit. XI. O. P. S. th. 11.*

IV. Currit autem Fatale Terminum Saxonici à momen- to



to in momentum, non deductis feriis. e. g. messium. *a. l. 3. Term. Sax. est continuus.*

*C. d. dilat. CARPZ Proc. t. 13. art. 1. n. 80. seq. UMM. ad Proc.*

*Disp. 7. n. 20. sicuti iudicatum in Supr. Cur. Prov. Lips. Term. currit ex temp. rei jud.*

*Luc. A. 701. ex tempore rei iudicata. O.P.S. b.T. §. 1. verb. von*

*der Zeit an zurechnen / da das Urthel seine Krafft erreicht ic.*

*quamvis (1) sententia decretumve nominatim Terminum*

*Saxonicum haud expresserit, siquidem id ex injuncta proba-*

*tione & Termine hoc à lege definito colligendum est. a. d.*

*§. 1. j. l. 6. ff. d. R. C. Quemadmodum pron. F. J. L. Menf.*

*Oct. 704. it. S. C. P. L. Term. Trinit. 705. verbis: daß ic. Befl.*

*sein Befugniß/wie recht/zu erweisen schuldig/usurpatis. Conf.*

*Dn. RIVIN. ad b. t. en. 1. Diss. ZIEGL. ad Proc. c. 10. §. 3. p. 40.*

*unde, cum hic Terminus multis in locis sit certus, Collegia*

*Juridica probationem partibus in alio territorio viventibus*

*injungentia uuntur verbis: in gehöriger Frist. j. Magdeb.*

*Proc. D. d. A. 1686. c. 30. (2) Nobilium &c. facultas braxandi*

*vendendive cerevisiam, aut in pagis fovendi Opifices in*

*Collegium haud receptos, intra tempus §. precedente dictū,*

*probanda sit. a. b. t. §. 1. j. l. 8. ff. d. publ. in rem act. l. 37. ff. d. le-*

*gib. Landes-Orden. d. A. 1555. t. brauen. §. weil sich. Res. Gr.*

*d. A. 1653. 57. gr. 99. Dn. BERG. ad b. t. Obs. 1. not. 5. p. 641. seq.*

*Dn. RIVIN. ad b. t. en. 17. Conf. FINCK. Obs. 70. n. 20. seq. id*

*quod hodie tuetur observantia; (3) in causa summaria aut*

*incidente imperata sit probatio, ein ordentlicher Beweis.*

*a. Dec. El. 12. ob generalitatem b. T. §. 1. l. 32. ff. ad L. Aquil.*

*CARPZ. P. 1. C. El. 10. d. 1. n. 5. seq. BERL. P. 1. Concl. 38. n. 19. seq.*

*NICOL. ad Proc. P. 1. c. 48. n. 8. (4) ante rem iudicatum ob-*

*lati fuerint, per errorem, articuli: ille actus oblationis*

*enim pro nullo haberi potest. a. l. 6. ff. qui satis d. cog. l. 15. ff.*

*d. juris d. Dn. RIVIN. ad b. t. en. 3. quodsi verò anticipandi*

*animum foveat, vel demonstrare vel probare intra Term.*

*Sax. iustus, valida est articulorum oblatio, quoniam lex nul-*

*libi hanc Processum maturandi libertatem circumscriptur*

*etiamsi (1) in sententia  
Term. Sax. non sit ex-  
pressus.*

*(1) jus brax. cerev. prob-  
bandum sit.*

*( ) in caus. summar. des-  
sin Probat. Term. Sax.*

*(4) ante rem jud. per  
errorem oblatio art.  
facta.*

*anticipatio autem pro-  
bation. & demonstrat.  
permissa.*



juriq[ue] pro se introducto renunciare permisit. *a. l. 29. C. d. pact. R. I. d. A. 1654. §. 35.* atque sic anticipata demonstratione pron. *S.C.P.L. Term. Luc. 707. Dn. RIVIN. ad b.t. en. 5.*

*ead[em] ante injunctam demonstrationem nonnunquam adhibetur.*

*que licentia prudenter usurpanda.*

Cessat Term. Sax. rigor

(1) cum vocula etweislich adhibita.

*sel in caus. summ. injuncta copular. beisein. und beweiss.*

(2) in Proc. Executivo.

(3) in Judicio criminali pro reo reprobatur.

*Remedio Appellat. aut Lent. notoriè inutiliter adhibito non impeditur rei iudicat[ur] & virtus.*

*§. 8.* adeo ut actor nonnunquam ante interlocutoriam, imò cum ipso libello, in summariis causis, documenta demonstrationi profutura asserat & reo remonstrationem injungi postulet; quod institutum tamen, documentorum virtute satis non expensa, actori sæpè cedit detrimento, propter præclusam plenius causam deducendi viam. Interim cessat necessitas observandi rigorem Terminum Saxonici (1) quoties non injuncta solennis probatio, sed. e. g. pars deducere jubetur, was erweislich auffgewant an Bau u. Kosten: nam favore quodammodo dignus est ad Jus Commune recursus, quo arbitrarius est probationis Terminus. *a. l. 2. C. d. dilat.* atque ab isto in dubio minimum censetur esse recessum. *a. c. 8. X. d. consuetud.* Dn. BERG. *ad b. t. obs. 1. p. 635.* Dn. RIVIN. *b. t. en. 2.* idemque existimandum quoties in causa summaria adhibita sunt verba: *bescheinigen und beweissen.* (2) in Processu Executivo: illic enim recognitio documentorum, non expectato Terminum Saxonici spacio, peti potest fierique debet. *Appell. Pat. d. A. 1670. §. anlangend.* CARPZ. *Proc. t. 13. art. 1. n. 87. seq.* (3) in Judicio Criminali, quoties v. g. reprobatio pro reo defendendo offertur. *a. l. 18. §. 9. ff. d. question. l. 5. ff. d. pæn.* CARPZ. *Pr. Cr. q. 106. n. 92.* NICOL. *Proc. p. 1. c. 48. n. 8. j. Disp. Proc. II. §. 4.*

V. Verùm quoniam sententia auctoritate sua destituitur, cum est à viribus rei iudicata suspensa, haud prætereundum, quid obtineat, si remedium suspensivum fuerit adhibitum. Quia verò nonnunquam ad Appellationem vel Leutationem pervenitur, ubi eidem locus non est, ante omnia monendum, suspensionis effectum non habere Appellationem aut Leutationem notoriè inutilem sive nullam.



lam. a. c. 52. d. R. *J. in 6.* veluti ab eo, qui mandato penitus destituitur, interpositam atque principalis ratihabitione intra decendium haud corroboratam. a. l. 1. ff. d. appell. recip. j. l. f. C. ad Sct. Macedon. Dn. RIVIN. ad O. P. S. b. t. en. 12. idemque de ea, quæ post decendii lapsum apud Judicem in-

finuata est, ad evitandam litium protractionem, quoties probabilis circumstantia e. g. restitutionis beneficium, appellanti aut leuteranti non succurrit, sentiendum, ista enim post rem judicatam interposita nullius est momenti, ceu visum S. C. P. L. Term. Lucix 708. Dn. SWEND. ad Fib. Proc. p. 617. Quodsi verò ambigua reddatur de remedio hoc, utrum admittendum sit, nec ne, quæstio, istaque indagatio-

nem requirat, benignior est opinio, desiderans sententiam Judicis declaratoriam, aut superioris in Appellationis rejectione arbitrium, ob probationis adjuvandæ favorem. a. l. 21. C. d. heret. l. 1. §. f. ff. ad Sct. Turpil. a. l. 32. ff. d. usur. Mand. El. d. A. 1682. de oblat. ad jurand. verb. sic möcht te auch gleich vor unzulässig erkannt werden re. gänzlich aus dem Wege geräumt. j. l. 32. ff. ad L. Aquil. l. 31. ff. d. juref. Dn. BERG. ad b. t. Obs. 1. p. 649. Dn. RIVIN. ad b. t. enunc. II.

id quod pariter de Adhæsione intra decendium facta, conditione illius existente per alterius partis suspensionem, iudicandum; siquidem Leuterationis aut Appellationis vires nanciscitur, adeoque ea legitimè removenda est. a. l. 1. ff. d. appell. rec. l. 8. ff. d. peric. S. comm. rei vend. Appell. Pat. d. A. 1670. §. wollen. id. en. 13. Dn. SWEND. ad Fib. Proc. p. 456. 457. Quando autem Leuteratio vel Appellatio semel sententiam suspendit, extinguitur ejusdem potestas (1) Renunciatio-  
tione, quam si fecerit probare jussus, ilico incipit currere Terminus Probatorius. O. P. S. b. T. §. I. a. l. 29. C. d. pact. CARPZ. P. 1. C. El. 16. d. 10. ARUM. lib. 1. dec. 2. n. 21. seq. MART. ad b. t. §. 1. n. 361. at quoties hisce juris beneficiis ab adversa parte renunciatur, fatale post legitimè factam renunciationis certio-  
rationem probaturo computatur. d. §. I. CARPZ. l. 3. Resp. 68.

cum de eo, an admitti debeat, ambigitur, expectanda est sententia declaratoria aut Super. rejectio.

idemque in Adhæsione intra Iodium facta obtinet.

cum Appell. vel Leut. renunciavit appellans vel leut. currit term. prob. statim.

ab adversario App. vel Leut. suscepta renunc. à tempore notificationis.



deserta App. vel Leut  
post sent. declar. 7.  
Sax. El.

rejecta Appell. vel  
Leut. post decendum.

Confirmata in Appell.  
instantia prioris sen-  
tentia à tempore rei  
jud.

non expectatis remisso-  
rialibus.

interim ante probatio-  
nem expediendis ante o-  
mnia satisfaciendum  
est.

ilitò currit Term. Prob.  
Partibus sent. appro-  
bantibus.

*n. 11. seq.* atque *istae renunciaciones & notificaciones diligenter actis consignanda sunt. d. §. I. (2)* Desertione, posteaquam super *ista lata sententia. d. §. I.* eaque res judicata esse coepit. *fac. l. 135. §. 2. ff. d. V. O. l. f. §. 4. C. d. tempor. & repar. appell. CARPZ. P. 1. C. El. 16 d. 9.* Secundum Juris Civilis rationem, desertione remedii suspensivi contingente, illud pro non interposito haberi, ac proinde Terminum Probatorium à decendii elapsi tempore computari. *a. l. 6. §. 1. ff. d. bis qui not. infam. l. 18. C. d. appell. l. 2. §. f. C. d. temp. & repar. appell. defedit ANT. FAB. in C. l. 7. t. 27. d. 14. ARUM. Dec. 2. n. 5. seq. BERL. P. 1. Concl. 33. n. 76.*  
MOLLER. *ad P. 1. C. El. 16. n. 39. seqq.* (3) Rejectione judiciali, post decendum à tempore rejectionis, propter appellandi licentiam. *a. l. 21. C. d. hæret. Mand. El. d. oblat. ad jurand. §. also auct. j. O. P. S. t. 18. §. wenn nun. ceu pron. F. J. L. Mens. Febr. 705. Dn. SWEND. ad. Fib. Proc. p. 619. conf. Dn. RIVIN. ad b. t. en. 14. 18.* sed ubi, admissio juris remedio suspensivo, prior sententia nihilominus in Appellationis instantia est confirmata, Terminus Probatorius post rem judicatam suum inchoat eursum. Itaque non expectanda remissoria-  
lium insinuatio ac publicatio, nam suspensa inferioris Judi-  
cis Jurisdictio per Appellationem, confirmata prioris sen-  
tentia, in pristinum statum reducitur. *a. c. 59. X. d. appellat.*  
adeòque apud inferiorem Judicem ulterius procedendum  
& fatale hoc observandum est à momento rei judicatae com-  
putandum. FINCKELTH. *Obs. 74. CARPZ. P. 1. C. El. 16. d. 11.*  
NICOL. *ad. Proc. T. 48. n. 6. Dn. RIVIN. ad. b. t. en. 24.* atque  
sic judicavit S. C. P. L. Term. Luc. A. 706. & *Fac. Jur. Lips.*  
Mens. Oct. A. 700 Jun A. 701. *Diss. BERL. dec. 99.* Si quid verò  
sententiae fuerit annexum, quod ante probationem veniat  
expediendum, eidem ante omnia satisfaciendum. *O. P. S. t.*  
*11. §. Es soll aber. de quo actum Diss. VII. ad O. P. S. T. XI. §. 8.*  
sicuti quoque Term. Probatorius statim currit, quando à  
momento publicationis partes sententiam approbaverunt.  
BERL.



BERL. P. 1. *Concl.* 38. n. 34. sive id fecerint Principales, sive eorum Procuratores speciali mandato instructi ad hunc actum renunciationi similem. *a. l. 25. ff. d. probat. l. 25. §. 5. ff. d. acquir. vel om. bared.* Dn. SWEND. *ad. Fib. Proc. n. 298. p. 616.* pariter diversis sententiæ capitulis à viribus rei iudicaturæ suspensis, e. g. jurisjurandi delatione certos tantum paragraphos concernente, nihil impedimento est quo minus in punctis haud suspensis nec connexis Terminus Probatorius currat. *a. l. 21. ff. d. serv. pred. urb.* Dn. BERGER. *adh. t. Obs. p. 650.*

*item diverso sent. capitulo tantum suspensio.*

VI. Verum quia probaturum intra Fatale Termini Saxonici *Articulos Probatorios unà cum nominibus testium & documentis literariis, quibus probare intendit, offerre & postea sollicitando adhibere debitam diligentiam jubet Ord. Proc. Sax.*

*J. Sax. El. intra Term. Sax. offer. art. cum nom. test. & documentis.*

*b. T. §. I.* moneri meretur (1) quoties suscipitur per testes probatio & deducendum est v. g. vitium rei venditæ, quod non sufficiat ipsam rem conspiciendam exhibuisse, sed etiam formandi sint articuli ad vitium detegendum apti, quorum ductu testes examinentur, idque etiam in demonstratione inuncta observari, ita ut Judex intelligat, de quo interrogandi sint testes, convenit, sub pœna desertionis, neque enim ipse hujusmodi formæ defectum factumve prætermisum supplere tenetur. *a. l. 4. §. 8. ff. d. damn. inf.* Dn. RIVIN. *adh. t. en. 28.* unde nominibus testimoniis omissis desertam esse per testes probationem pron. *S. C. P. L. Term. Rem. 707.* alias autem demonstratio per Documenta & Rotulos, etiam absque articulis, suo modo expediri potest, ceu *§. 1. supra* declaratum. (2) Nomina testium ita esse exprimenda à suscipiente probationem, ut Judex citationem rite queat expedire: proinde non delatum desiderio producentis, qui testis neque cognomen neque prænomen indicaverat, sed à Producto nominari ministrum, quem habuerat venationis comitem, desideraverat in *Fac. Jur. Lips.* Mens. Dec. A. 1702. neque examinandus est testis, cujus nomen demum post Terminum

*ad deducendum rei exhibitæ vitium per testes, opus est articulis.*

*Nomina testium sunt exprimenda specialiter.*



*error tamen prolab.  
non nocet.*

*nec directorium omis-  
sum.*

*sufficit artic. oblat. ult.  
term. momento.*

*Quenam in sollicitando  
negligentia mercatur  
desert. iudex arbitra-  
tur.*

*mora iudicis parti non  
obest.*

minū Probatorium articulis adicitur. *a. l. 8. §. 17. ff. d. transact.* quamvis errorem in nomine probabiliter commissum corrigere Dn. RIVIN. *ad l. t. en. 64. 65.* & per relationem ad scripturam adjectam testem exprimere liceat. *a. l. 6. ff. d. R. C.* cui pron. *F. J. L.* Mens. April. A. 707. neque directorium, significans, ad quos articulos examinandi sint singuli testes, intra Terminam oblatum post eum mutare permittitur. *CARPZ. lib. 3. Resp. 86. n. 6. sq. BERL. P. 1. Concl. 38. n. 47. NICOL. ad Proc. c. 48. n. 11. ampl. 6.* at si hoc plane sit omissum, testes ad omnes articulos examinari par est, id enim benignius creditur esse. *a. c. 2. X. d. R. J. Per. Illustr. Dn. BORN. Disp. 1. ad Univers. Jus Judiciar. Comm. & Sax. tb. 51. lit. e.* (3) quod ultimo termini probatorii momento legitime articulos obtulisse & testium citationem terminique productionis præfixionem petiisse sufficiat, quia terminus nondum præterit. *a. §. 2. I. d. V. O. l. 5. ff. d. precar. l. 138. ff. d. V. S. CARPZ. l. 3. Resp. 69. n. 13. sq. ZIEGL. ad O. P. S. b. t. verb. einbringen. j. HART. PIST. Obs. 224. n. 4. seq. Diff. BERL. P. 1. Concl. 38. n. 42.* (4) in sollicitando adhiberam negligentiam à Probante pœna desertionis, arbitrio Judicis, coërceri: nam, cum certum lege non sit definitum tempus, ad arbitrium Judicis recurrendum est. *a. l. 32. ff. d. usur. l. 1. §. f. ff. d. jur. delib.* hinc eum qui per septem menses, & quod excedebat pro obtinendo ad productionem testium & documentorum termino, non insliterat apud Judicem, probationem deseruisse pron. *F. J. L. M. Aug. 701.* sic quoque, ob annuam negligentiam, iudicatum in *F. J. L. M. Aug. 707.* conf. §. 28. *infra.* Vicissim, quoties suam probaturus omnino est contestatus industrialiam, nihil ipsi Judicis mora nocet. *a. l. 173. §. 2. ff. d. V. O. l. 155. ff. d. R. J. Auth. Si in appellatione. C. d. tem. & repar. appell. CARPZ. P. 1. Const. El. 16. d. 3. l. 3. Resp. 72. n. 4. seqq. MYNS. cent. 2. obs. 62.*

VII. Post exhibitos Probatoriales Articulos factamque memoratam Termini petitionem Iudex, citra moram, eundem ad Productionem producenti illiusq. adversario determinare eumq. in



in finem tam ipsos quam testes nominatos citare ad verseq. parti  
 copiam Articulorum cum nominibus testium & documentis lit-  
 rariis transmittere debet, ut, si velit, interrogatoria legitima ex-  
 habeat, istaq. minimum in Termino Productionis in promptu ha-  
 beat. O.P.S.b.T.§. Ein ieglich part.I.inf. Sicuti vero Parti isti-  
 usve Advocato incumbit cura circa Articulos pertinentes,  
 breves clarosque formandos. O.P.S.b.T.§. die weil.VII. ita mo-  
 dum probandi subijci fas est, sive per testes s. per documenta  
 s. per juramenti delationem &c. probandi veniant. O.P.S.t.  
 24. v.g. dieser Articul wird durch Zeugen/it. durch das Docu-  
 ment sub O erwiesen / it. wird Kl. aut Besk. in sein Gewissen/  
 vel etiam Wissenschaft und Wohlbewust / zur endlichen Er-  
 bffnung gestellet. Ipsum Principalem subscripsisse Articulos  
 aut exhibuisse Judicio non requirimus, cum Advocati quo-  
 que subscriptionem suo, aut expresso Clientis nomine, fa-  
 ctam feramus, & relationem ad Acta ab alio voluntate Cli-  
 entis susceptam haud improbemus, ne absque legis suffragio  
 multiplicentur Probationis adjuvandæ formalia. a. l. 21. C. d.  
 her. l. 1. C. d. advoc. divers. judicior. l. 19. C. d. collat. N. 18. c. 5. Dn. Ri-  
 vin. ad b. t. en. 41. Præterea in demonstratione, pro re nata,  
 omitti posse articulos & copiarum instrumentorum transmis-  
 sionem non esse simpliciter necessariam §. 1. hujus Disserta-  
 tionis propositum. Interrogatoria autem, si ante Termi-  
 num exhibita fuerint, parti communicari non debent, ne te-  
 stes circa depositionem instruantur, in veritatis cognoscen-  
 dæ præjudicium. UMM. ad Proc. Disp. 16. n. 73. GAIL. l. 1. Obs. 95. n. 6.  
 NICOL. ad Proc. P. 1. c. 60. n. 5. Diff. RULAND. d. Comm. Part. 4. c. 11.  
 n. 6. sq. nisi productus consentiat. NICOL. d. l. n. 6. Dn. RIVIN. ad  
 b. t. en. 47. interim nomina testium, unà cum articulis. d. §. 1. b. at nomina testium &  
 & directorio, Producto transmitti necesse est, ut in quali-  
 tatem testium inquirere possit & intelligat, ad quos articulos  
 examinandi veniant testes. NICOL. ad Proc. P. 1. c. 56. n. 3. BRUN-  
 NEM. Proc. Civ. c. 20. n. 33. conf. RULAND. d. Commiss. Part. 3. lib. 1.

Articulis subijciendus  
 est probandi modus.

Subscriptio Articulo-  
 rum etiam ab Advoc.  
 facta fertur.

Interrogat. ante Term.  
 communicari non de-  
 bent.

at nomina testium &  
 directorium.



*c.6.n.10.* siquidem frustra apud nos Productus ad articulos, super quibus examinandi haud sunt testes, interrogatoria format. *a.l.178.ff.d.R.7.* Dn. RIVIN *ad h.t.en.43.* conf. BRUNN. *del. n.38.* Citatio vel immediatè vel mediatè, s. in subsidium, perficitur *O.P.S.t.23.* ubi haud prætereundum, an pars non citatum testem sistere præsentem queat, id quod affirmandum esse videtur. *a.l.12.C.d.testib.* Conf. UMM. *ad Proc. Diss. 16. n.59.* MYSN. *cent.6. obs.16.* MASCARD. *de Probat. qu. prelim. s.n.34.* MEV. *P.5. Dec.302.* Diss. RULAND. *de Commiss. Part. 2. l.2. c.2. n.7.*

citandus est testis, sed etiam non citatus, quando pars eum sistit, examinari potest.

Interrogatoria quid?

VIII. *Interrogatoria*, die Fragstücke / sunt quaestiones, quas pars adversa (der Product) de testibus contra se productis negotiique circumstantiis format & concipit, ut testes, ad eruendam veritatem, super iis examinentur. *a.c.37.48.X.d. testib.* Dividuntur ea (1) in *Generalia* & *Specialia*. *Generalia*, gemeine Fragstücke / vel directa sunt ad personas testium, sive *Personalia*, quibus eorum fides, habitas & integritas investigatur. *c.2.d.test.in 6. Dec. El. 19.* Hæc concipi solent de testis aetate, divitiis, conditione, statione, familiaritate, propinquitate, amicitia, subornatione, corruptione &c. NICOL. *ad Proc. P.1. c.60. n.9.* & admittuntur etiam, cum conscientia per probationes defenditur. *d. Dec. 19.* seu expositum *ad O.P. S.T. 19. §.4.* vel respiciunt *causa merita* & dicuntur *Preliminaria ad causam*, atque in antecessum *merita causa* præcipua, in quibus adversarius se fundat, indagant. *Ille Jur. Sax. El. b. T. S. II. Nachdem.* sunt prohibita, ex officio rejicienda & admissa in *judicando prætereunda*. Dn. SWEND. *ad Fib. Proc. n.667. p.1425.* nova enim capitula introducere solent testesque non rarò confundere ac præter necessitatem gravare. *a.c.29.X. de Jur. J.* unde ista improbanda esse censet RULAND. *de Commiss. Part. 4. lib. 1. c.5.* UMM. *ad Proc. Diss. 16. n.70.* Nihilominus Fori usus nonnullis in locis Interrogatoria ad causam fert. UMM. *d. l. ubi nonnunquam Productum, qui eosdem testes in reprobatione poterat adhibere, per hæc interrogatoria circumstantias*

sunt (1) vel Generalia vel specialia illa aut personalia.

aut ad causa merita.

hæc improbantur J. Sax. El.

alicubi tolerantur.



tias sibi profuturas cum temporis compendio expiscari videas. Dn. STRYCK *Introd. ad Proc. c. 18. §. 3. Interrogatoria Specialia, sonderbahre Fragstücken auf die Hauptsache/sunt, quibus notitia & certitudo dictorum testium examinatur. a. C. 37. X. d. testib.* atque ea prudenter diriguntur ad circumstantias, inquirendo in causas, personas, locum, tempus, visum, auditum, scientiam, credulitatem, famam & certitudinem. &c. d. cap. 37. RICHT. *ad d. c. n. 20. seq. RULAND. d. Commissar. Part. 4. lib. 1. c. 9.* nec sunt inutilia, licet articulis directò contradicant. Dn. RIVIN. *ad b. 1. en. 42.* nonnullorum consuetudinem verò, diris obtestationibus testes onerantium, temperari fas erat, præterea *interrogatoriis jungi non debet productio documentorum, ad perustrationem aut recognitionem, ad eò ut ea, parte nihil quoq; monente, ex officio præsertimenda & in iudicando baud attendenda veniant. O. P. S. b. T. §. II. nachdem. id. h. t. en. 49.* De Oblatione Interrogatoriorum eorumque forma. vid. Dn. Swend. *ad Fib. Proc. p. 1427. seq. NICOL. ad Proc. P. 1. c. 60. n. 14. MARTIN. ad O. P. S. b. t. §. 1. n. 18. seq.* Interrogatoria sunt (2) *vel Pertinentia*, quæ Statum Controversiæ sive quæstionis concernunt, *vel Impertinentia*, quæ eundem statum non tangunt. Hæc producens rejici jure desiderat, & ex officio improbari queunt, nec non aliàs inadmissibilia, unzulässige. Dn. Swend. *ad Fib. Proc. p. 1413. 1428.* ad quæ etiam detrectare responsonem testis potest. *a. l. 14. §. 1. ff. ut leg. vel fideic. serv. caus. cav. l. 5. C. d. Condict. ob turp. caus. NICOL. ad Proc. P. 1. c. 60. n. 12.* Improbantur quoque nimis subtilia, captiosa, criminosa & turpitudinem respondentis aut cavillationem continentia. *a. R. J. d. A. 1654. §. 57. RULAND. de Comm. P. 4. l. 1. c. 12.* etiamsi interrogatoria de crimine à conteste admissa sint concepta: non enim licet testem interrogare de conscientia alieni criminis. *a. l. f. C. d. accusat. l. 16. §. 1. ff. d. quæstion.* nec eum jurejurando de alieno delicto & in præjudicium contestis, per indicia haud gravati, onerare. *l. u. §. 2. ff. d. act. rer. amot.* at-

Interrogatoria Specialia quid?

possunt contradictorie concipi.

at iis documentorum productio jungenda non est.

sunt (2) *vel Pertinentia* *vel Impertinentia. hæc rejicienda ex officio.*

item criminosa, quævis de contestis delictis sint concepta.



que ita pron. *F. J. L. Mens. Jan. 705. Conf. ROLAND. de Commis-  
sar. Part. 4. l. b. 1. c. 7. n. 34. Dn. SWEND. ad Fib. Proc. p. 1428. Dn.  
BERG. ad b. t. Obs. 2. not. 6. p. 156. Dn. STRYCK. d. Interrog. ineptis.  
§. 59. unde effectu excidet cautela testium habilitatem hoc  
modo indagaturi, juxta consilium Dn. STRYCK. *Introduct. ad  
Proc. c. 18. §. 7.**

Jure Communi etiam  
Judex format interro-  
gatoria ex officio.

non Jure Sax. El.

obtinent Inter. in  
Proc. Ord. & Summa-  
rio.

etiam in momentan.  
Possessorio.

im.

IX. Equidem Jure Communi Judex, parte interroga-  
toria non exhibente, aut à giudice id officii exigente, ipse in-  
terrogatoria formare potest, & urgentibus circumstantiis,  
debet. *a. c. 37. X. d. testib. j. l. 13. ff. eod. GAIL. l. 1. Obs. 95. n. 8.  
BRUNNEM. Proc. Civ. c. 20. n. 55. UMM. ad Proc. Diss. 16. n. 71.  
NICOL. ad Proc. P. 1. c. 60. n. 4. attamen Jus Sax. El. & Fori no-  
stri usus necessitate concipiendi interrogatoria Judicem non  
adstringit; siquidem parti relinquatur arbitrium, utrum in-  
terrogatoria licita offerre velit, nec ne, eorumque exhibi-  
tioni terminus præfigitur. *O. P. S. b. T. §. 1. in f. ar. judicis of-  
ficio ista opera non injungitur, ad facta non jura supplenda  
pertinens. a. l. un. C. ut que desunt advoc. part. jud. suppl. j. l. 4.  
§. 8. ff. d. dam. infect. Dn. BERG. ad b. t. Obs. 2. not. 5. Dn.  
SWEND. ad Fib. Proc. p. 1422. Locum autem habent interro-  
gatoria, cum per testes veritas deducitur, in Processu ordina-  
rio & summario. *a. O. P. S. b. T. §. 1. ceu resp. F. J. L. Mens.  
Aug. A. 703. quamvis de momentanea possessione agatur:  
nam in eo quoque fidem & dicta testium pro re nata excuti-  
a. clem. 2. d. V. S. l. 3. ff. d. testib. MEV. P. 3. dec. 132. adeoque  
admitti, parte desiderante, interrogatoria convenit. Conf.  
MEV. P. 6. dec. 303. n. 3. POSTHIUS de Mand. de Manut. f. sum-  
mar. Possess. Obs. 91. n. 3. Dn. RIVIN. ad b. t. en. 46. atque id  
observavit S. C. P. L. Mens. Nov. A. 99. & Fac. Jur. Lips. Mens.  
Jun. 700. Mart. 707. Diss. NICOL. ad Proc. p. 1. c. 60. n. 2. modò  
testes examinentur coram Judice ordinario aut Commissa-  
rio, quoties enim Examen apud Notarium aut Judicem à  
parte imploratum summarie suscipitur, interrogatoriis lo-  
cus***



cus non est, id quod censuit *S. C. P. L. Mens. Mart. 703.* & cum litigans testes examinari curaret zur refutation eines Berichtes / *Mens. Jul. A. 99. conf. Dn. SWEND. ad Fib. Proc. n. 660 p. 1414.* In Causis etiam Testamentariis haud improbanda esse interrogatoria existimo, sive eadem Ordinario sive summario Judicio tractentur, cum publicè interfit fucum ultimis voluntatibus non fieri. *l. f. C. d. fidei comm. & jurata testium depositio in l. f. C. d. testam. legitimum examen haud excludat. a. l. 9. C. d. testib. j. l. 67. ff. d. R. J. NICOL. ad Proc. P. 1. c. 60. n. 2. ubi prej.* Dn. SWEND. *ad Fib. Proc. d. l. p. 1414.* Diff. CARPZ. *P. 3. C. El. 3. d. 38. n. 2. seq.* Verùm deficit interrogatoriorum usus (1) in Processu Inhibitivo, ne ambagibus in eo aperiatur via, quas rescindi expedit, atque hoc aliter apud nos observatum esse non memini. *a. l. 1. C. si per vim. vel. al. mod. conf. NICOL. P. 1. c. 60. n. 2. MARTIN. ad O. P. S. h. t. §. 1. n. 486.* (2) in Processu Inquisitorio J. Sax. El. virtute *Mand. annexi der Appell. Ordn. d. A. 1605. C. S. p. 853. verb. sonderliche Interrogatoria aber durch die Advocaten zu übergeben u. nicht gestatten wollen.* CARPZ. *Pr. Cr. q. 114. n. 21. seq.* idemque obtinet in Judice, cui contra defensionales articulos interrogatoria usurpare haud permittitur. *id. l. 6. Resp. 86. n. 12. seq.* nihilominus ipsi Inquisito, Advocati consilio adhibito, licet articulos defensionales formare testiumque super illis examen simul postulare. *Res. Gr. d. A. 1612. gr. 5. C. S. p. 581.* Dn. SWEND. *ad Fib. Proc. n. 661. p. 1416.* NICOL. *ad Proc. P. 1. c. 60. n. 2.* sicuti Judex quoque testes ab Inquisito productos suspicionis arguere & circumstantias per Registraturam ad acta referre potest CARPZ. *l. 6. Resp. 86. n. 14. conf. Diss. Proc. II. §. 15.* (3) in Processu Executivo, in quo probationes in continenti liquidæ exiguntur. *Dec. El. 2. 12. P. 1. C. El. 8.* nisi quatenus in summarium degenerat, ob exceptionem non adimpleti contractus &c. nam etiam in Processu Inhibitivo, cum per ventum est ad damnorum de-

mon-

nec non in causa Testament.

Interrog. cessant in Proc. (1) Inhib.

(2) Inquisitorio.

declar.

(3) Executivo.



*declar.*

monstrationem & remonstrationem, datur interrogatoria offerendi facultas, quia tunc summarie proceditur, adeoque inhibitive Processus rigor remittit. *conf. Diss. Proc. I. tb. 56.*

Sufficit Interrogatoria ante Examen Testium exhiberi.

*id quod rationibus corroboratur.*

*Et judicatis.*

X. Sed quoniam *in. O. P. S. b. T. §. I. Tempus exhibitioni interrogatoriorum his est definitum verbis: daß er mit denen Interrogatoriis zum längsten in Termino Productionis gefast sey /* ambigendi inde nata occasio, an Productus jure offerendi interrogatoria exciderit, si in Termino Productionis, etiamsi testes in eo non comparuerint, illa exhibere neglexerit. Affirmativa favet sententiae MARTINI *ad O. P. S. b. t. §. 1. n. 491.* sed in negativa concessuro subveniet ratio, quod intendatur per istas interrogationes veritatis indagatio, ipso testium examine perficienda, & terminus Productionis, quatenus ad privationem juris odiosam tendit, strictissima sit interpretationis, ac cum effectu plenissimo consummati examinis accipiendus. *a. N. 2. c. 3. l. 1. §. f. ff. quod quisq. jur. in alt. stat. accedit favor exactissimae probationis adjuvanda. a. l. 21. C. d. heret. l. 3. ff. d. testib. c. 37. X. cod. & quod fatale hoc Producenti magis quam Producto praefixum sit, verb. gefast /* cujus intuitu res integra esse videtur, quamdiu testes examinati non sunt, siquidem ad interrogatoria quoque examinari queunt. Hinc, cum testes absentes tanquam praesentes producti essent, in proximo termino adhuc interrogatoria offerri posse visum *Fac. Jur. Lips. Mens. Nov. A. 1699. Mart. 1700. Oct. 701.* Pariter cum producti essent testes, & adversarius, contra eorum admissionem protestatus, appellasset, ita pron. *F. J. L. Mens. Aug. 704. Sept. ej. Anni.* Sicuti quoque, actu non examinatis testibus, in proximo termino nova interrogatoria, prioribus addita, sunt tolerata in *d. F. Mens. Aug. 706. Conf. Dn. BERG. ad b. t. Obs. 2. not. 3. UMM. ad Proc. Diss. 16. n. 72. Conf. Dn. RIVIN. ad b. t. en. 48. NICOL. ad Proc. c. 60. n. 7. RULAND. de Commiss. Part. 4. l. 1. c. 10. n. 1. seq.* quomodo ad exhibenda interrogatoria im-



impetrari possit dilatio *vid. id. d. c. 10. n. 3. seq.* Quodsi verò  
 Judex, oblati legitime interrogatoriis, ad ea testes exami-  
 nare pratermiserit, testes denuo super iis examinan-  
 di veniunt, non tamen reiterare juramenti præstatio-  
 nem tenentur, quoties ab initio in jurejurando etiam inter-  
 rogatoriorum facta mentio, vel ratione totius causæ juratum  
 est. *a. c. 48. X. d. testib.* Dn. SWEND. *ad Fib. Proc. p. 1423.* Dn.  
 BERG. *ad b. t. Obs. 2. not. 5.* NICOL. *ad Proc. P. 1. c. 61. n. 5.* POSTH.  
*d. Summar. Poss. Obs. 91. n. 23.* Interim sumtus, qui fiunt in  
 hoc examen ad interrogatoria, ferre tenetur eadem exhibens.  
*a. l. 4. §. 5. ff. d. edend. c. 11. §. assessorum. §. pro ferendo.*  
*d. rescript. in 6. Ref. Gr. d. A. 1661. t. von Just. Sach. gr. 41. Ord.*  
*Crim. art. 47.* Dn. BERG. *d. l. Obs. 2. not. 6.* Dn. RIVIN. *ad b. t.*  
*en. 50.* atque, si impensas Adversarius erroget, easdem ju-  
 re repetit *d. l. adeò ut quantitatem moderatione determina-*  
*tam, auctoritate Judicis, refundere cogatur, & ad Acta, an-*  
*te istam refusionem, non admitti queat. a. l. 15. C. d. Judic.*  
 ceu placuit *S. C. P. L. Mens. Febr. A. 98.*

*Quando testes ad inter-  
 rog. non sunt examina-  
 ti, examen est repeten-  
 dum.*

*Sumtus examinis ad in-  
 terrog. præstat eadem  
 offerens.*

XI. Nunc ad Terminum Productionis deferimur, in quo in genere Judicem, Partes & Testes suo officio satisfacere par est. Scilicet Commissarius, aperiendo tenorem Commissionis, vel Judex ordinarius, de actu Examinis ad-  
 monitionem faciendo, initium facit, Producentis e. g. Actor, testes producit, & jurejurando obstringi atque examinari petit, Productus v. g. Reus Producenti responder, interrogatoria, si vult, exhibet, ac contra testium personas vel excipit, vel exceptiones sibi protestando reservat. *a. c. 31. X. d. testib.*  
 Testis, nisi quid impedimenti emergat, juramentum persolvit. *l. 9. C. d. testib.* Dn. SWEND. & FIBIG. *Proc. p. 1469. seq.*  
 In specie in Termino Productionis Testes solenne juramentum præstare debent. *O. P. S. T. XX. in specie, jurant testes in presentia partium.*  
 §. wan es nun. III. quo testes se ad ea, de quibus interrogabuntur, veritatem vel notitiam suam fideliter detecturos esse promittunt. *l. 9. C. d. testib. C. 51. X. cod. O. C. P. 1. t. 77.*

*In Termino Productionis observanda in genere.*



PROCESSUS JUR. COMMUN. ET SAXON. ELECT.

*nisi productus per contumaciam absti.*  
 MARTIN. ad O. P. S. h. t. §. 3. n. 84. seq. SETZER. d. Juram. l. 3. c. 9. producto non citato suscepto examen nullum est. c. 17. c. 41. X. d. testibus. ac reiterandum. a. l. 6. ff. qui satisd. cog. l. 5. C. d. legib. Dn. SWEND. ad Fib. Proc. p. 1451. Cum verò Productus, post citationem legitimam, per contumaciam abest, nihilominus testes recipi, jurejurando devinciri & examinari queunt. b. T. XX. §. III. inf. c. 41. X. d. Testib. l. 19. & Autb. sed & si quis. C. eod. Dn. SWEND. d. l. p. 1451. seq. Atque hæc jurandi necessitas incumbit testibus omnibus, cum iis præjudicio partium credi debeat. l. 9. C. d. testib. c. 39. c. 51. X. eod. etiam Clericis, quos ad jurandum obstringit. a. d. l. 9. c. 51. X. d. testib. j. c. f. X. d. juram. calumn. & usus. MEV. P. 4. Dec. 265. FRANKELTH. Obf. 95. CARPZ. dec. 77. n. 8. seq. COLER. Dec. 211. licet examen eorum coram JUDGE Ecclesiastico ejusve Commissario faciendum sit. a. c. 2. XIV. q. 2. c. 22. XXII. q. 5. CARPZ. d. l. n. 2. it. Proc. t. 13. art. 4. n. 78. seq. nisi forte in Judiciis Protestantium Superioribus, Principem quodammodo representantibus, aliud sit receptum. a. ad Rom. c. 13. v. l. 133. §. 5. C. d. Episc. & Cler. MEV. P. 8. dec. 274. Nec permittitur asseverare Personis jurejurando Domino suo obstrictis, & deposituris, beldem Eyde/damit sie ihren Herren zugethan seyn/ forma enim per æquipollens suppleri nequit. a. c. 39. c. 51. X. d. testib. j. l. 8. §. 17. ff. d. transact. MYNS. cent. 2. Obs. 3. CHRISTIN. V. 3. d. 77. n. 18. ubi præj. nihilominus ad confectionem der Geburtz Briefe hujusmodi depositio, von rechtmäßiger Geburt/ admitti potest, judicio F. J. L. M. Maj. A. 708. neque desiderio per Mandatarium speciali mandato instructum jurare intendentium defertur. a. c. 4. X. d. Testib. c. 47. X. eod. verb. proprio juramento. UMM. ad Proc. Disp. 16. n. 62. §. 5. pariter Judici juramentum testi remittere non licet. O. P. S. h. T. §. wann es esse respicit, quibus jus quæsitum facto judicis eripi nequit. a. l. 1. C. d. usufr. MYNS. cent. 3. Obs. 30. n. 6. GAIL. l. 1. Obs. 101. n. 2.

*Testi non nisi jurato creditur.*  
 etiam Clerico.

*licet in Jud. Eccles. examinari debeat.*

*lim.*

*nec licet deponere per juram. Superiori prestitum.*

*neq. jurare per mandatarium spec. mand. instructum.*

*Remitti autem potest testi jusjurandum, non arbitrio judicis.*



n. 2. ubi Diss. FABRIC. Sect. 2. nisi utraque pars litigantium expresse consenserit in istam jurisjurandi remissionem. d. §. III. *sed partium.*  
 cap. 39. X. d. testib. GONZALEZ TELLEZ. ad d. c. 39. inf. sive in propria persona sive per mandatarium speciali mandato instructum. a. l. 25. §. 5. ff. d. acquir. vel om. her. c. 81. d. R. J. in 6 j. l. 7. ff. d. donat. Dn. SWEND. ad Fib. Proc. n. 677. p. 1447. ubi *Citra consensum Judicis*  
 ad validitatem remissionis non exigitur Judicis consensus. a. d. c. 39. l. 2. §. 1. ff. d. judic. PHILIPP. ad Dec. El. 1. Obs. 3. n. 8. MYNS. cent. 6. Obs. 32. n. 4. Diss. GAIL. l. 1. Obs. 101. n. 5. tacita autem *partium tamen expressus requiritur Sax. Et.*  
 partium remittentium voluntas cum expressa parem virtutem non habet Jure Sax. El. d. §. III. verb. ausdrücklichen Einwilligung. a. l. f. C. d. novat. l. 8. §. 1. ff. d. Procur. conf. RICHTER. *non Jure Communi.*  
 ad c. 39. X. d. testib. n. 39. seq. quod Jure Communi fecus est. a. l. 1. §. 5. ff. d. exerc. act. l. 18. ff. mand. c. 31. X. d. test. c. 43. d. R. J. in 6 l. 13. §. 11. ff. locat. MEV. P. 5. Dec. 242. n. 5. CARPZ. Dec. 77. n. 18. seq. *remisso jurej. testi tanquam jurato creditur.*  
 at, quoties semel legitime remissum est jusjurandum, testi non minus, quam si actu jurasset, creditur. a. d. c. 39. j. l. 6. ff. d. jurej. l. 9. §. 1. ff. eod. MEV. P. 5. d. 242. n. 3. Dn. SWEND. & FIB. ad *Juran. de pos. precedat.*  
 Proc. p. 1446. ipsum verò juramentum actum depositionis precedere, non sequi, debet. d. §. III. O. P. S. c. 17. c. 51. X. d. testib. l. 9. C. cod. UMM. ad Proc. Disp. 16. n. 62. §. 6. CARPZ. P. 1. C. El. 16. d. 69. n. 7. MYNS. cent. 3. Obs. 80. n. 7. seq. ne spe aut fiducia remissionis animose testis deponat, notamve variationis evitaturus cum animæ periculo juret, hinc parum fidei testium depositioni, qui statim post depositionem juraverant in causa Civili, tribuit F. J. L. Menf. Jun. A. 707. ad Acta transmissa à Senat. Brunsvicensi. Conf. MYNS. UMM. d. l. MULL. ad Struv. S. J. C. Ex. 28. tb. 45. lit. y. n. 3. Diss. GAIL. l. 1. Obs. 101. n. 9. & testes, absq. *aliàs denuo testes sunt examinandi.*  
 jurisjurandi religione examinati, parte petente, etiam publicatis attestationibus, præmissò testium consueto jurejurando, denuo sunt examinandi, juxta O. P. S. b. T. §. III. Dn. SWEND. ad Fib. Proc. p. 1447.

XII. Nihilominus emergunt casus, quibus, si pars jusjurand.



Cessat remissio Juris-  
jur. Tertium

(1) in *Causis Criminal.*

jurandum testi remittat, Judex illud exigere haud prohibetur. Nempe quoties Salus Reip. aut negotii indoles non patitur injuratis depositionibus fidem haberi: ita (1) in Causis Criminalibus testes, sive ad defendendum sive ad gravandum reum, jurisjurandi vinculo adstringi nec illud laxari fas est, ne delicta maneant impunita. *l. 51. §. 2. ff. ad L. Aquil. l. 13. ff. d. offic. Pres. & incertæ probationes admittantur, ubi luce clariores exiguntur. l. f. C. d. probat. l. 5. ff. d. pœn. Res. Gr. d. A. 1609. gr. 5. C. S. p. 581. verb. Zeugen / vermittelst Eydes / abgehört.* CARPZ. *Pr. Cr. q. 114. n. 64.* SETZER. *d. Juram. l. 3. c. 9. n. 38.*

(2) in matrimonio dis-  
solvendo.

(2) Quando ad dissolutionem matrimonii tenditur, opus est depositionibus juratis: cum enim eos, quos Deus conjunxit, in individuam vitæ consuetudinem, homo separare non debeat. *Matth. c. 19. vers. 6.* ne quidem remisso testibus juramento, iisque hoc modo ad fallendam veritatem invitatis, licebit dissolutionem vinculi matrimonii promovere, quod conservari satius est. *a. c. f. X. d. transact. c. 34. X. d. jurej. Dn. Swend. ad Fib. Proc. n. 676. p. 1447. MASCARD. d. Probat. V. 1. q. 5. n. 111.* (3) Cum propinquitatis gradus probandus est, ad indagandam licentiam matrimonii, aliàs Jure Divino aut Publico prohibiti, Judex jurare testes jubebit. *a. Lev. c. 18. v. 6. l. 38. ff. d. pact. c. 3. §. si quis. X. d. clandestin. deponsat. c. 3. X. qui matrim. accus. poss. UMM. ad Proc. Diss. 16. n. 62. §. 4.* Vicissim nunquam testimonia, jurejurando testium haud prævio dicta, feruntur, veluti (1) in Summarissimo Possessorio: ibi enim, interveniente singulari violentiæ tumultusve metu, duobus testibus injuratis omni exceptione majoribus fides habenda est, secundum *Dec. El. 1. PHIL. ad d. Dec. Obs. 9. n. 8. §. 9. CARPZ. l. 1. Resp. 11. n. 7. seq. MODESTIN. PIST. V. 1. Consil. 51. n. 16.* siquidem bonæ fidei homines conscientia suæ, licet jurisjurandi vinculo haud alligatæ, meritò curam gerunt & Numen falsi eloquiis proximumque offendere religioni ducunt. *a. l. f. C. ad L. Jul. repetund.* (2) in Processu Inquisitorio gene-

(3) in propinquitate co-  
gnoscenda ad indagandam matrimonii licentiam.

Injuratis testibus cre-  
ditur

(1) in Summar. possesso-  
rio.

(2) in Proc. Inquis.  
generali.



generali, in quo testes ad informandum Judicem adhibitos, citra jurandi necessitatem, audiri videas, eò quod ab initio sæpè incognita est Judici eorum scientia periculumq; in mora celeritatem imperat; verùm, quando postea ab ipsis deposita jurejurando confirmari necessitas postulat, non tantùm registraturas antea consignatas iisdem prælegi sed etiam, cum quid de falso suspecti commemorarunt, illos sedulò de evitando perjurio circumstantiisque sincerè detegendis admoneri convenit, quando quidem minus deliberatæ depositiones plurimum sæpè ex impetu trahunt & variandi occasionem nocituram, maximè in confrontationibus, teste experientia præbent, quam declinari par est. conf. CARPZ. *Pr. Cr.*

9. 114. n. 69. seq. TOB. GRANZ. *de Defens. Inquisit. c. 5. membr. 2.*

sect. 3. art. 4. n. 451. seq. (3) in Personis intuitu officii deponen-  
tibus, ad quod jurejurando jam antea sunt obligata. e. g.

Richter und Schöppen. a. 17. l. 3. art. 88. l. 5. C. d. ex actor. trib.  
alias enim juramentum haud prætermitti fas est. a. N. 7. c. 3.

§. 2. TRENTACINQV. l. 3. de Solut. Resolut. 7. n. 17. COLER. *Dec. 196.*

FINCKELTHUS. *Obs. 95. n. 20.* hinc Commissarii, qui Commis-  
sionem absque jurejurando susceperunt, tanquam testes

postmodum producti à juramento se non liberabunt. a l. 9. C.  
d. testib. CARPZ. l. 3. Resp. 90. n. 12. seq. de qua immunitate à juran-

di necessitate si disceptetur, à Judice, causa cognita, hæc contro-  
versia dirimenda est. O. P. S. b. T. §. wancs num. III.

XIII. Quodsi Productus ad versus testes, ante quam ju-  
rent, habeat exceptiones, quas adducere queat, sibi reservare

potest, ratione personæ & depositionis, post examen & publica-  
tionem attestatorum justam testimonii impugnationem. O. P. S.

b. T. §. wancs num III. C. 31. X. d. testib. at post publicationem  
attestatorum Productus regulariter testes impugnare ne-

quit. d. c. 31. UMM. *ad Proc. Disp. 16. n. 99.* GONZALEZ. TELLEZ.  
ad d. c. 31. n. 4. siquidem tacitè eos, item producens per ipsam

productionem, ratione personæ. a. l. 17. C. d. testib. l. 9. C. d. lib.  
caus.

(3) quando testes intuitu  
officii juraverunt & ra-  
tione illius deponunt.

Productus sibi reservare  
potest exceptiones con-  
tra testes.

post publicationem at-  
testat. testes nobis impu-  
gnare non licet.

propter eorum appro-  
bationem, quam facere  
etiam censetur produ-  
cens.



quoad exceptiones, quas  
partium consensus ex-  
stringere potest.

absentia producti non  
habetur pro approba-  
tione.

permissa etiam post  
publicationem testium  
impugnatio.

(1) *præbio juram. mali-  
tiz.*

(2) *cognitio defectu te-  
stis ex post facto.*

Impugnatio testium  
certorum non renou-  
ratur reliquorum exa-  
men.

neg. quorundam dedu-  
ctio immunitatis à te-  
stimonio.

caus. non dictorum. MASCARD. d. Prob. concl. 1242. n. 26. Dn. BERG; ad h. t. Obs. 5. not. 6. p. 691. approbasse censetur; unde pereunt exceptiones inhabilitatis, quatenus eæ partium voluntate tolli queunt, veluti ex inimicitia, familiaritate, consanguinitate descendentes. CARPZ. l. 3. Resp. 87. n. 13. quod secus est in exceptione inhabilitatis adversus testes, quos partium consensus haud facit idoneos, ut excommunicatos, a. c. 8. d. sentent. excomm. in 6. c. 59. X. d. sentent. excomm. MENOCH. d. Arb. Jud. Quest. l. 2. cas. 239. n. 5. interim productus, qui in termino productionis absuit, testes æquè probasse non creditur; ne capiatur, in dubio, & intercedente probabili partis ignorantia, odiosa renunciationis conjectura. a. l. 2. §. 2. ff. solut. matrim. l. 25. ff. d. probat. CARPZ. Proc. t. 13. art. 5. n. 15. MASCARD. d. Probat. V. 1. concl. 408. n. 24. MENOCH. d. l. n. 6. Dn. SWEND. ad Fib. Proc. p. 1435. n. 671. Diff. FELIN. ad c. 31. X. d. testib. n. 5. Nihilominus post publicationem permissum est testium inhabilitatem deducere, licet prætermissa sit ista reservatio exceptionum, si productus juret (1) se ad testium reprobationem ex malicia non pervenire. d. c. 31. (2) post publicationem illud, quod objicit testibus, sibi demum innotuisse. d. c. 31. GONZAL. d. c. 31. n. 4. FELIN. ad d. c. n. 1. 2. Verùm quoties Productus justis ex causis, usque dum publicatæ sint attestations, impugnationem testium differre detrectat, tantùm examen ratione personarum, contra quas excipit, suspendendum punctumque hoc judicis decisioni submittendum atque in exigenda jurata depositione reliquorum testium nihilominus progrediendum est. d. §. III. conf. Dn. RIVIN. ad h. t. en. 70. idem observandum, si testis unus pluresve causis allegatis, à testimonio dicendo immunes esse cupiant idque cognitioni judicis subjiciant. Nam eo quoque casu Judices aut Commissarii, hoc non obstante, cum ceteris testibus procedere, at tamen publicationem testimoniorum, donec incidens illud punctum decisum sit, differre debent, nisi producens testes impugna-



pugnatos, aut testimonium dicere recusantes, sponte sua dimittere velit, id quod ipsi permittendum est. d. §. III. Inde videas in judiciis, probata immunitate à testimonii dictione, pronunciari: daß N. in dieser Sache Zeugniß zu geben nicht schuldig & deducta oretenus, non in scriptis. a. O. P. S. t. 29. §. 1. Dn. RIVIN. b t. en. 71. inhabilitate testium: daß N. zum Zeugnisse nicht zuläßig. Dn. SWEND. ad Fib. Proc. p. 1434. seq. adeò, ut etiam Judex notoriè haud idoneum testem ex officio rejicere queat. a. l. 7. ff. d. postuland. j. l. 14. §. 1. ff. ut legat. seu fideic. serv. caus. cav. e. g. furiosum. a. l. 40. ff. d. R. J. RULAND. de Commissar. P. 2. l. 2. c. 4. n. 5.

Producens a. impugnatos recusantes se testes dimittere potest.

testes notoriè haud idonei ex officio rejici queunt.

XIV. Quoniam verò, quinam testes sint inhabiles aut à testimonio immunes, Tract. Syn. π. l. 22. t. 5. expositum est, actum agere nolumus, præcipuè cùm istud argumentum Commentarii de Testibus tractantes & Dd. vulgò ad d. t. 5. exequantur. Saltem expediet spicilegium suscipisse & casus quosdam, maximè in controversiam vocatos, tetigisse. Ubi testimonium dicere impeditis non accensimus pubertati proximos, quia volentes deponere queunt. a. l. 19. pr. §. 1. ff. d. testib. j. l. 4. ff. eod. l. 26. ff. d. jurejur. l. III. ff. d. R. J. ceu visum F. J. L. Mens. Febr. 707. Conf. LAUTERB. ad π. b. t. 13. seq. BACHOV. ad Trentl. V. 2. d. 5. th. 8. lit. a. MASCARD. de Probat. concl. 1253. n. 4. Diss. STRAUCH. Dissert. Just. 25. tb. 13. sed, quantum ipsorum depositioni sit tribuendum, Judicis relinquendum est arbitrio; siquidem testes omni exceptione majores non sunt. a. l. 3. §. 1. 2. ff. d. testib. MASCARD. d. l. n. 5. 6. Prohibitis autem testimonium ferre accensimus in criminalibus minores 20. annis, pro accusatore deposituros. l. 20. ff. d. accusat. ANT. GOMEZ. Var. Res. tom. 3. c. 12. n. 13. hinc, ob paritatem rationis, testem à denunciante productum, 16. annorum, haud esse admittendum duxit F. J. L. Mens. Nov. A. 700. Propinquitatis intuitu Parentes & Liberi pro & contra se invicem sunt ad testimonium

Pubertati proximi bo- lentes testes esse queunt.

Prohibentur pro accusatore testari minores 20. ann. quod ad denunciantem applicatum.

Parentes ac liberi pro & contra se invicem testes sunt inhabiles.



nium inhabiles, & nec volentes nec invitati testimonium perhibent. *a. l. 9. l. 4. l. 5. ff. l. 6. l. 12. C. d. testib.* CARPZ. P. 1. C. El. 16. d. 48. 50. id quod in crimine atroci liberos à coactione liberavit in *F. J. L.* Mens. Mart. 706. Socrum verò Mens. Maj. A. 701. sicuti quoque gener pro socru non admissus est in *d. Fac.* Mens. Jul. A. 701. Conf. RICH. V. 2. *Consl. 173. n. 15.* Verùm personæ, quæ sunt parentum loco, e. g. matertera, pro testibus idoneis, et non omni exceptione majoribus, sunt agnitæ. *a. l. 4. ff. d. testib. j. l. 1. §. 1. ff. eod.* in *F. J. L.* M. Nov. 700. patruisque testimonium pro patruo admissum. *a. d. l. 4.* in *d. Fac.* Mens. Jan. 705. nec improbatum est Parentis testimonium inter liberos contendentes dicendum, ob paritatem affectionis. *a. l. 67. §. 1. ff. d. R. N.* in *F. J. L.* Mens. Nov. 704. conf. BARTOL. *ad l. 6. C. d. testib. n. 5.* BRUNNEM. *ad d. l. n. 5.* MASCARD. *de Probat. concl. 1153. n. 29.* Diss. HILLIG. & DONELL. *l. 25. c. 13. lit. b.* Præterea hi, quibus imperari potest, à testimonio pro superioribus suis dicendo excluduntur. *a. l. 6. ff. d. testib. l. 5. C. eod.* unde, quoties per exceptionem à regula admittuntur, pro iis aut contra ipsos, recepta est absolutio à jurejurando, quo v. g. Officiales Domino suo, Subditi Domino Jurisdictionis, devincti sunt, ut liberè valeant pro utraque parte testari. *a. c. 38. X. d. testib.* Quamvis autem hoc primariæ intentioni *d. c. 38.* haud conveniat, quæ ad excommunicationis à vinculo excommunicationis absolvendos respicit. *a. c. 7. c. 8. d. sent. excomm. in 6.* GONZALEZ TELLEZ *ad d. c. 38. n. 5.* CUYAC. *d. c. in f.* RICH. *ad d. c. n. 43. seq.* & jusjurandum subjectionis ad domini jurisdictionis lites privatas non pertineat. *a. l. 19. ff. d. R. C.* nihilominus observantia inde ansam arripuit exigendi variis in locis subditorum relaxationem juramenti ad actum depositionis. RICHTER. *dec. 31. n. 27. id. ad c. 38. X. d. testib. n. 46. seq.* RULAND. *d. Commiss. P. 1. c. 11. n. 4.* sine qua cum ii in causa nobilis, sub cujus erant, jurisdictione, deposuissent, parum fidei mereri hoc testimonium pron. *F. J. L.* Mens. Febr. A. 701. Conf. CARPZ. P. 1. c. 16.

*nisi inter liberos sit contraversia.*

Subditi in causa Superiorum relaxari solent ad actum depositi. juramentum subjectionis.

*id quod usu magis quam jure rescripto introductum.*

d.





d. 64. n. 4. MODEST. PIST. V. 1. Conf. 2. n. 26. pariter, cum Magistratus vitium omissionis relaxacionis jurisjurandi, repetito examine subditorum, purgatum iret, ad elevandam testium fidem, frustra id desiderari ex postfacto. a. c. 48. X. d. testib. censuit F. J. L. M. Jun. 708. an d. R. 3. H. Verum poterat relaxatio hæc juramenti subjectionis, ambages pariens, prætermitti adhibita subditorum admonitione, quod istud jusjurandum nihil juramento de veritate dicenda impediendi pariat, & tantò diligentius deposituris inculcari, ut potentia metum omnem exuant, conscientiaque potissimam habeant curam. conf. UMM. ad Proc. Disp. 16. n. 13. DN. BERG. ad Lauterb. p. 517. verb. modo. Fit autem ista jurisjurandi subditorum relaxatio ad testimonii dictionem vel à Superiore ipso, adeoque etiam à Præfecto intuitu Præfecturæ, quippe qui Jurisdictionem tanquam propriam habet. a. l. 4. ff. d. offic. ej. cui mand. jurisd. ceu pron. F. J. L. M. Nov. A. 1699. vel per Mandatarium speciali mandato instructum. a. l. 25. §. 1. ff. d. minor. j. l. 25. ff. d. probat. BERL. P. 2. Concl. 44. n. 18. RULAND. d. Commiss. P. 1. lib. 5. c. 11. n. 3. DN. SWEND. ad Fib. Proc. p. 1440. morosi in relaxacione ad eam compelli queunt, præcepto pœnali aut comminatione, daß die Zeugen widrigen Falles vor der Pflicht erlassen gehalten werden sollen / ceu factum in S. C. P. L. M. Febr. A. 98. DN. SWEND. d. l. p. 1442.

Satius erat, observantia hac eliminata explicari bim juram. subjectionis testibus.

Hanc relaxacionem facit vel Superior ipse

vel per Mand. cum special. mand.

modus compell. morosos ad relaxacionem.

XV. Sed quia testimonii dictio ad cognoscendam veritatem necessaria est. c. 1. X. d. test. cog. reluctantes ad dicendum testimonium compelluntur. l. 4. ff. l. 16. l. 19. C. d. testib. etiam (1) Advocati, durante patrocinio, contra Clientem. a. l. 1. §. 1. l. 4. ff. d. testib. modò testimonium non concernat secreta à cliente concredita. a. l. 1. §. 1. ff. d. prævaricat. sicuti pron. Fac. Jur. Lips. M. April. 701. M. Jul. 704. BERL. dec. 101. CHRISTIN. V. 1. dec. 83. n. 7. seq. MEV. ad Jus Lub. Part. 5. t. 7. art. 15. n. 3. Officiales quoque in iis, quæ salvo juramento familiaritatis deponere queunt, adversus dominum ad testimonium deponendum

Ad testimonii dictionem coguntur

etiam (1) Advocati contra Clientem.

exceptis secretis, que ipsi concredita sunt.



(1) inhabiles, cum veritas aliter haberi nequit.

quod declaratur.

A coactione ad testimonium sunt immunes

(1) Ascendentes & descendentes.

nontamen in genere afinitatis secundo.

(2) collaterales in consangu. & affin ad 7 gradum.

in causa Civilis & criminali.

contra, non pro se insidem.

dum teneri pron. *S.C.P.L. Term. Rem. A. 1699.* (2) Inhabiles persona, si veritas aliter haberi nequeat. *Cap. f. X. d. testib. cog. f. l. 8. §. 6. C. d. repud.* ad quam exceptionem frequentissime in foro frustra provocari videas, quia toties veritas demum aliter haberi non posse dicitur, *quoties ex natura actus alii testes inter venire non potuerunt, ob circumstantiam loci, v. g. in eremo, monte &c. temporis, v. g. noctu, aut similem, ceu in occulta vulneratione pron. Fac. Jur. Lips. Mens. Dec. A. 1699. conf. CARPZ. Proc. t. 13. art. 5. n. 120. MYNS. cent. 3. obs. 16. n. 2. seq. ANT. GOMEZ. Var. Res. tom. 3. c. 12. n. 21. atque sic visum Fac. Jur. Lips. Mens. Aug. A. 700. Diff. Jul. Clar. sent. l. 5. §. f. 9. 24. n. 19.* Interim ab hac coactione eximuntur (1) Ascendentes & descendentes, in consanguinitate & affinitate *a. l. 4. l. 5. ff. d. testib. l. 12. C. eod. CARPZ. Us. Arb. consang. & Affin. Disp. 3. t. b. 9.* hinc mater, ne quidem pro matrimonio, contra filium invita ad testimonium adacta est in *Fac. Jur. Lips. M. Nov. 702. j. §. prec.* Id quod ad affines secundi generis non extendi visum. *a. l. 69. ff. d. legat. 3. l. 14. l. 16 ff. d. legib. j. c. 1. X. d. testib. cog. c. 8. X. d. consang. & affin.* adeoque vitricum ad testimonium dicendum contra privignæ maritum cogi posse resp. *Fac. Jur. Lips. Mens. Sept. A. 700. conf. LAUTERB. d. singular. affin. jur. §. 5.* (2) Collaterales in consanguinitate & affinitate, usque ad septimum gradum Computationis Civilis, eodem incluso *l. 4. l. 5. ff. d. testib.* sive causa sit criminalis sive civilis. *a. l. 16. C. d. testib. l. 4. ff. eod. BRUNNEM. add. l. 4. n. 2. CARPZ. d. Us. arb. consang. & affinit. Disp. 3. n. 110. seq.* atque ita pron. *Fac. Jur. Lips. Mens. Nov. 704. proinde d. Fac. sororis maritum M. Jun. 701. fratris uxorem M. Nov. 701. avunculumque M. Jun. 701. à coactione declaravit immunem. Conf. ULM. ad Proc. Disp. 16. n. 39.* verum quia amoris præsumto non repugnat collaterales pro se invicem testimonium subire. *a. l. 1. §. 1. l. 4. ff. d. testib.* sororem pro sorore testem productam ad depositionem jure compelli judicavit *Supr. Cur. Prov. Lips. Term. Cruc. 703.* (3) Senes ætate de-

fecti



fecti. *a. l. 8. ff. d. testib. j. l. 3. §. 7. ad Sct. Sylanian. l. 3. §. 5. ff. de (3) senes imbecilles.*  
*Carb. edict.* qui enim integris ad testandum utuntur viribus  
 à testimonio se excusare nequeunt, adeoque atas 76. anno-  
 rum non liberavit testem à testimonio, iudicio *F. J. L. Mens.*  
*April. 704. UMM. ad Proc. Disp. 16. n. 37. conf. RUDING. sin-*  
*gul. observ. lib. 1. obs. 20. n. 4. JOACHIM. à BEUST. l. ad personas*  
*egregias. 15. ff. d. jurej. n. 22.*

XVI. In ipso Examine notanda veniunt paucis quæ-  
 dam respectu (1) Judicis. (2) Testium. (3) Rotuli Attesta-  
 tionum. Iudex suspicione careat. *a. l. 16. C. d. judic. c. 5. X. d.*  
*except. RULAND. de Commiss. P. 1. lib. 1. c. 6. n. 2. CASPAR. ZIEGL.*  
*dicastric. concl. 12.* quoties igitur ipse est è litigantium nume-  
 ro, dirigitur ad alium Commissio, verùm quando contro-  
 versia tangit Judicium saltem, die *Gerichte* / Iudex autem à  
 partium studiis alienus est, potest idem, ad peragendum Exa-  
 men, constitui Commissarius, sed ira ut ad hunc actum alias  
 personas judiciales adhibeat, *iedoch soll er die Gerichts-Banc*  
*mit andern Personen besetzen /* ceu factum esse recordor in  
*S. C. P. L. Mens. Aug. A. 1698.* Vicissim, cum Actuarius suspen-  
 ctus redditur, Commissarius alium requirere Actuarium ju-  
 betur, imò, urgentibus circumstantiis, & inprimis ad in-  
 stantiam partis, adjungitur nonnunquam Commissarius  
 Judici. *a. N. 86. c. 2. c. 61. X. de Appelat. CARPL. dec. 221. n. 15. seq.*  
*MEV. P. 3. dec. 110. aut Notarius Actuario, ad omnem malam*  
 suspicionem declinandam. *a. d. c. 5. X. d. Except. j. SCHRAD.*  
*de Feud. Part. 10. Sect. 16. n. 72. seq. RULAND. de Commiss. Part. 1.*  
*lib. 4. c. 14. n. 25. BLUM. Proc. Cam. t. 73. n. 9. sq. Formula Commiss.*  
 in *El. Sax. vid. ap. MARTIN. ad O. P. S. b. t. § nachdem. 6. n. 36. Iudex*  
 autem idoneus Examen expediat Præloquio exordiū facien-  
 do & à Producente ac Producto, aliisque, quorum interest,  
 proposita ad Acta referendo, *formula Productionis* vid. apud  
*FIB. & SWEND. ad Proc. p. 1409. sq.* atque hic Productionis Ter-  
 minus ad formalia probationis pertinet, non secus atq; Ter-  
 minus

*Examen testium fieri  
debet à Iudice non su-  
spetto.*

*aliquando non Iudex  
suspicione laborat sed  
reliquæ persone judici-  
ales sunt suspectæ.*

*aut Actuarii saltem fe-  
des vacillat.*

*Term. Product. est per-  
emptorius, in casu absen-  
tie Producentis.*



minus productionis documentorum. *a. O. P. S. t. 24. §. 8a.* unde, si vel Producens non comparuerit. *a. l. 6. ff. qui satisd. cog. O. P. S. b. t. §. nachdem. 6. j. 137. ff. d. leg. BERL. P. 1. Concl. 38. n. 54. 55. Dn. SWEND. ad Fib. Proc. n. 659. p. 1412. Dn. Riv. ad h. t. en 52. ceu pron. F. J. L. Mens. Nov. A. 700. vel comparuerit quidem, at productionem testium prætermiserit, probatio pro deferra declaratur. *a. dd. ll. & Dd. sic visum F. J. L. Mens. Maj. A. 700* nec non injuncta demonstratione ad fatale restricta *S. C. P. L. Term. Trin. 704.* interim hujus pœnæ rigor cessat, si Productus Producentis contumaciam non accusaverit, quasi Terminò circumducto. *a. l. 13. §. 2. C. d. judic. j. l. 4. §. 8. ff. d. damn. inf. l. 29. C. d. pact. O. P. S. t. 10. §. 4. judicio F. J. L. Mens. April. 705.* Ipsum verò Examen suscipiendum est, posteaquam litigantes secesserunt, licet enim Jure Civili, utraque parte præsentate, testes deposuerint, *l. 19. C. d. testib. l. 18. C. d. si l. instrum. N. 90. c. f. a. l. 27. §. 7. ff. ad L. Jul. de adult. j. Matth. c. 26. v. 62. Hahn. ad West. de testib. n. 9. verb. secreto. WISENB. ad t. d. t. b. 33. UMM. ad Proc. D. 16. n. 64. Per-Illustr. Dn. BORN. Disp. I. ad Univers. Jus Judiciar. Comm. & Sax. t. b. 51. lit. l. Diss. SICHARD ad l. 12. C. d. test. n. 1.* non tamen idem fori nostri usus recipit. conf. HAHN.*

*it. omiffa productionis testium.*

*nisi prætermiffa fuerit contumacia accusatio.*

Examinandi sunt testes  
(1) secreto hodie

(2) sigillatim.  
(3) facta à remotioribus & senioribus exordio.

(4) admoniti de ebriando perjur.

WISS. d. l. RULAND. de Commiss. P. 2. l. 2. c. 13. n. 2. RITTERSH. ad Nov. P. 9. c. 22. n. 27. Testes igitur examinandi sunt (1) in loco solitario sive secreto. *l. 14. C. d. testib. j. l. f. C. ubi sen. vel clar. & ab hominum turba remoto, (2) sigillatim singuli. c. 52. X. d. testib.* non conjunctim. GONZAL. TELEZ ad d. c. l. t. k. (3) e serie, ut à remotissimis fiat initium, ne eos mora æquo plus oneret. *a. l. 19. C. d. testib.* & senes ante juniores, nisi aliud urgeant circumstantiæ, interrogentur, quippe cum illis moræ soleat esse gravior quam reliquis, & causam plenius, quam hi, instructuri esse existimentur. NICOL. ad Proc. c. 61. n. 4. (4) de evitando perjurio admoniti, maximè quoties ex intervallo post juramentum deponunt testes. *a. l. 9. C. d. testib. ab ebriorum. c. 1. X. d. testib.* sensibusve turbatorum examine ab-



abstinendum est, a. c. 14. X. d. vit. & bon. cler. j. l. 14. §. 1. ff. ut legat. f. fideicommiss. serv. caus. cad. RULAND. de Commiss. P. 2. l. 2.

c. 13. n. 6. (5) justo ordine, siquidem primum ad interrogatoria generalia, deinde ad singulos articulos, duce directorio, tandemque ad interrogatoria specialia ad eosdem directa, examinandi veniunt, conf. Mand. El. de d. 7. Jul. A. 1663. A. C. S. p. 12. NICOL. ad Proc. d. n. 4. p. m. 698. seq.

(5) iusto ordine i. ad int. gen. 2. ad art. 3. ad int. spec.

XVII. Ratione testium curandum est, ut deponant

Testis deponere debet

(I) viva voce, non in scriptis. l. 3. §. 3. 4. ff. d. testib. c. testes 15. III.

(1) viva voce.

9. 9. ANT. FAB in C. l. 4. t. 15. d. 52. nisi vel pars adversa consentiat. a. l. 29. C. d. pact. CHRISTIN. V. 3. dec. 28. n. 15. vel testis loqui non possit: ut mutus, qui est scribendi peritus. a. c. 23.

exc. 1.

X. d. sponsal. j. c. 4. X. d. R. 7. RULAND. de Commiss. P. 2. l. 2. c. 15.

n. 8. vel peritus, qui de rebus ad artem suam pertinentibus

deponat: tum enim, iudicium animi explicando, iudicat,

non merum test. monium perhibet. c. 18. X. d. homicid. v. g.

Medicus, Chirurgus. a. l. 6 C. d. re mil. O. C. a. 147. FINCKELTH.

Obs. 61. n. 10. (2) verbis clavis, congruis, & distinctis. a. c. 37.

(2) verbis perspicuis, congruis & distinctis.

X. d. testib. adeoque dicta testis fideliter sunt consignanda.

R. I. d. A. 1654. § 52. UMM. ad Proc. Disp. 16. n. 88. ejusque declaratio in continenti facta haud spernenda est. a. c. 37. X. d.

testib. siquidem, propter obscuritatem, ad declarandam

veritatem, testes, juramenti, quod praestitum est, admoniti

etiam denuo examinari queunt. c. 53. X. d. testib. CARPZ. P. 1.

C. El. 16. d. 30. NICOL. ad Proc. c. 61. n. 8. RULAND. de Commiss.

Part. 2. l. 2. c. 30. n. 10. & prac. (3) ex veris & certis, quoad fieri

(3) ex veris & certis sententia causis.

potest, scientiae causis. a. c. 37. c. 47. X. d. testib. UMM. ad Proc.

Disp. 16. n. 82. seq. nihilominus, benigna interpretatione, fun-

damenta scientiae relata ita sunt adjuvanda, ne cavillationi-

bus aperiat ir via, adhibito antecedentium ac consequen-

tium articulorum & interrogatoriorum, nec non concurren-

tium circumstantiarum, subsidio. a. c. 16. X. d. testib. c. 7.

X. d. V. S. l. 67. ff. d. R. 7. l. 97. ff. eod. l. 12. ff. de reb. dub. NICOL.



(4) *in peregrino idioma-  
te adhibito interprete.*

ad Proc. c. 61. n. 8. (4) Testes, in peregrino idioma-  
te adhibito interprete, vinculo jurisjurandi obstricto. *a. l. 9. C. de testib.* duos interpretes usurpari fatius erat, ne quid in explicatione ab eloquentis sententia aberraretur. *a. l. 12. ff. d. testib.* sed saepe vix unius copia est, & aliàs quoque uni juramento devinctæ personæ nonnunquam creditur. *a. l. 5. C. d. exact. tribut. c. 19. X. d. appellat.* hinc in uno interprete plerumque acquiescunt iudices. *a. l. 1. §. f. ff. d. F. O. BRUNNEM. Proc. Civ. c. 20. n. 77. Conf. CARPZ. dec. 179. Jurispr. Conf. l. 2. d. 278.*

*Testis post de posit. impo-  
sito silent. dimitt.*

Quando consummavit depositionem suam testis, imposito silentio, dimittitur, ne occasio subornandi testes subnascat, teste ea, quæ dixit, propalante; siquidem deposita, ante publicationem attestatorum, haud pervenire ad partis notitiam fas est. *a. N. 90. c. 4. §. 1. c. 3. III. q. 3. verb. qui falsò.* Hinc in nonnullis Judiciis stipulata manu, in nonnullis etiam sub fide præstij juramenti, silentij promissionem à testibus exigi videas. MART. ad O. P. S. b. t. §. wenn es nun. 3. n. 280. Expedi-  
t autem, finito Examine, testi deposita prælegi, ut, si quis error irreperferit, corrigatur & obscuritas deprehensa in continenti declaretur. UMM. ad Proc. Disp. 16. n. 89. RULAND. de Commiss. Part. 2. l. 2. c. 28. n. 1. præterea salutariter adhibetur testis subscriptio, maximè cum metuenda est de consignatione Notarii inter ipsum & testem contentio. UMM. d. l. nihilominus invitus testis ad actum subscriptionis compelli nequit. *a. N. 18. c. 5. Dn. SWEND. ad Fib. Proc. p. 1463. n. 683.*

*Expedi testi deposita  
prælegi.*

*eademque à teste sub-  
scribi.*

*Rotulus attestat. de-  
scrib.*

XVIII. Denique Rotulus Attestationum, der Zeugniß Rotul, paucis venit expendendus, qui est scriptura ab Actuario, similive persona publica, confecta, testium examen & depositionem continens, ut de gestis fide publica constet. *a. N. 90. c. 5. l. 18. C. d. fid. instrum. Ord. Cam. Part. 2. t. 4. §. 16. R. J. d. A. 1654. §. 52.* Sed quia negligentres partim, partim imperiti Rotulorum concinnatores & hodie molestiis non minimis Iudices onerant, & olim ipsis graves fuerunt, in R. J. d. A. 1654.

*eiusdem forma*



1654. §. 52. certa, quæ observaretur, definita est forma, conf. BRUNNEM. *Proc. Civ. c. 20. n. 67. seq.* CARPZ. *Proc. tit. 13. art. 4. n. 45. seq.* quam plenius explicuit applicuitque criminalibus etiam causis *Mand. Ele. Et. de d. 7. Jul. d. 1663.* ita ut 1. *Interrogatoria generalia* suo ordine præmitterentur singulisque omnium testium responsiones separatim subscriberentur. (2) *Articuli singuli peculiariter exprimerentur* & testium separatae responsiones sua serie illis subjungerentur, adjectis, post articulos, ad quos exhibiti sunt, interrogatoriis specialibus testiumque ad ea distinctis depositionibus. *In Processu Inquisitorio* ad Articulos formatos, eosque singulos, in primis *responsio Inquisiti*, deinde testium omnium separatim venit annotanda. Adhibetur autem meritò idioma Patrium studiumque brevitatis, præmissa commissionis aut requisitionis mentione, & quando ab alio, quàm iudice illius causæ, concipitur, Rotulus subscriptus obsignatusque transmittitur. *a. c. 2. X. d. fidei iuss.* Commissarii Judicisve requisiti e. g. Præfecti & Actuarii subscriptionem nonnunquam conjungi videas; at hujus subscriptio necessitatis non est. *a. l. 18. C. d. fid. instrum.* RULAND. *de Commissar. P. 1. l. 5. c. 17. n. 11.* quoties verò vel Commissario vel Actuario adjunctum dari circumstantiæ, veluti ad suspicionem malam removendam, exposcant, par in eo, atque in Principali persona, fides ac industria exigitur. NICOL. *ad Proc. c. 61. n. 62. seq.* Judex in transmissione Rotuli morosus Mandato Superioris ad eandem cogi potest. *a. l. f. §. 1. ff. d. offic. ej. cui mand. est jur.* RULAND. *d. Commiss. Part. 2. lib. 2. c. 32. in f.*

*Subscriptio.*

*adjurati Commiss. & Actuar. curæ*

*Transmissio Mandat. promoveatur.*

XIX. Nunc deferimur ad Terminum Probatorium, quem Peremptorium esse *tb. 3.* dictum est, plenius considerandum. Ubi monendum, quod spacium quoque *6. septimanarum & 3. dierum, secundum Jus Saxonicum & observantiam Judiciorum, sit peremptorium.* O. P. S. b. T. S. und dieweil. IV. adeoque eodem elapso (1) *Producenti alios pluresque testes nominare*

*Termin. Prob. Sax. 6 Sept. & 3 d. est peremptorius.*



ampl. ita ut (1) plures  
testes post eum nomina-  
re non liceat.

Iterata tamen produ-  
ctio eodem elapso fieri  
queat.

(2) nec articulos addit.  
formare.

(3) nec, documentis in-  
tra fatale adhibitis, po-  
tēa testes nominare.

(4) nec documenta pro-  
ducere, quorum copie  
intra Term. non sunt  
tradite.

(5) idem in Proc. Crim.  
accusat obtineat.

nare haud permittatur. d. §. semel tamen facta testium produ-  
ctio efficit, ut in proximo termino productionis, omīssa  
productione iterata, probatio pro deserta non habeatur, ne  
fatalia temere, absque legum suffragio, multiplicentur. a. N.  
2. c. 3. Dn. RIVIN. ad b. t. en. 63. cū igitur in primo termi-  
no testes essent absentes, tanquam præsentes, producti, &  
prætermisisset producens, in ulteriore termino productio-  
nis, testis præsens productionem, ipsum in expensas sal-  
tem condemnari visum F. J. L. Menl. Jun. A. 700. (2) Ar-  
ticulos Additionales, aut quovis simili nomine indicatos, exhi-  
bere non liceat, etiamsi hoc intra Term. Saxon. probaturus sibi  
reservaverit & Terminus Productionis nondum præterierit. d.  
§. IV. intra fatale itaque articulos augeri & mutari, non post  
illius lapsum, videas, quod si verò factum, quo replica in-  
frui potest, post terminum demum ad notitiam actoris per-  
venerit, novos articulos additionales, prævio jurejurando,  
juxta O. P. S. T. 21. §. da auch. 4. admitti fas est. a. l. i. ff. d. except.  
Dn. BERG. ad b. t. Obf. 3. not. 8. p. 667. ubi præj. (3) is, qui cur-  
rente Term. Sax. probationem per documenta literaria suscepit,  
post ea testes nominaturus non sit audiendus. d. §. IV. neque is,  
qui testes produxit intra Term. posteaque documentis pro-  
bationem expediturus est; ubi odium variationis fatali ela-  
pso accedit. a. l. II. C. d. reb. cred. l. f. C. d. Codicill. CARPZ. P. I.  
C. 16. d. 7. n. 3. MEV. P. 3. dec. 201. n. 4. (4) Documentorum pro-  
ductio non sit admittenda, quorum copia intra Term. Sax. haud  
sunt exhibitæ. d. §. IV. conf. NICOL. Resol. 21. n. 113. seq. (5) ne  
quidem in Processu accusatorio Criminali regulariter ve-  
niat admittenda probatio. a. l. f. ff. d. feriis. BERL. P. I. Concl.  
38. n. 12. CARPZ. Pr. Cr. q. 106. n. 89. seq. quod favor defen-  
sionis in persona rei temperare solet, etiam in inquisitioni-  
bus, siquidem, tam officio judicis quam ad instantiam, rei  
admittitur, urgentibus circumstantiis, nova probatio, ne  
quisquam innocens condemnetur. a. l. 5. ff. d. pæn. l. 6. ff. d.



*appellat. l. 18. §. 9. ff. d. quest. id. d. l. n. 92. vid. Disp. b. §. 4. (6) Judex* (6) nec judex ex officio  
nec imploratus nosum  
indulgere possit termi-  
num.  
neque ex officio, neque ad instantiam partis, novum indulgere  
possit probandi terminum. *a. l. 1. C. d. dilat. l. 1. §. 1. l. f. ff. d. feriis.*

CARPZ. P. 1. C. 16. d. 1. n. 4. COLER. Dec. 121. n. 4. quamvis definitum  
peremptoriè sua sententia terminum, ex magna causa, proroga-  
re haud prohibeatur. *a. c. 47. X. d. appellat. l. 2. ff. d. feriis.* COLER.  
*d. Dec. n. 8.* hinc, cum parti injuncta esset per rem judicatam ne-  
cessitas mit feinen defecten in Sächß. Frist / bey Verlust dersel-  
ben/einzufommen / & judex eidem concessisset dilationem, at-  
que intra eam defectus essent insinuati, adversario imperata  
responsio verbis: daß El. auf die l. 2. seq. gezogene Defecte/bey  
der Verwarnung / daß / in Verbleibung dessen / darauff erkant  
werden solle / sich einzulassen schuldig. in *S. C. P. L. Term. Trin.*

1703. in *C. C. W. : / H. S. (7) in continenti post Terminum Sax.* (7) in continenti post  
terminum moram pur-  
gare non liceat.  
per Articulorum &c. oblationem moram purgare haud per-  
mittatur. *a. P. 1. C. El. 16. it. b. T. §. IV. l. 23. verb. de illo. ff. d. O. §. A. l. 41.*  
*§. 12. ff. d. fideicom. libertat. BERL. P. 1. Concl. 38. n. 79. §. 9. CARPZ. P. 1.*  
*C. 16. d. 4. Diff. UMM. Disp. Proc. 7. n. 21. conf. ARUM. l. 1. dec. 2. n. 16.*

XX. Damnum ex neglecto Probationis Termino emer-  
gens quodammodo reparatur indulto contra illius lapsum *in* Contra Term. Prob.  
lapsum restituantur  
*integrum restitutionis remedio. O. P. S. b. T. §. und weil. IV. quo sub-*

*venitur Minoribus. d. §. Equidem Jus Civile pupillis iisque,*  
qui sub cura agunt, quoties tutorum, curatorum, actorum &c.  
desidia perit instantia triennii, non nisi excussis illorum, per  
quos detrimentum illud illatum est, facultatibus restitutionem  
concessit. *l. 13. §. 11. C. d. judic. verum quia tum sola instantia, non*  
*actio, perit, sed salva manet, ac proinde, refusis expensis novo-*  
*que libello oblato, denuo in judicium deduci potest. d. §. j. l. 13.* Jure Civili etiam non  
excusso tutore, curatore  
&c.  
*§. 2. C. eod. l. 18. §. 4. ff. d. dol. mal. MEV. P. 7. dec. 286. n. 9. MYNS. Cent.*  
*3. Obf. 50. STRYCK. Uf. Mod. Pand. ad lib. 5. t. 1. §. 16. idem ad negle-*  
*ctum fatale probationis, jus probandi extinguens. l. 1. C. d. dilat.*  
*ceteraq; fatalia applicari nequit. a. l. 7. §. 5. 11. ff. d. minor. l. 34. §. 1. ff.*  
*eod. l. 2. C. si advers. rem jud. j. l. 3. C. si tut. vel curat. inter v. MEV. d. l.*  
*SALICET. ad l. f. C. si tut. vel curat. inter v. n. z. quo videtur respe-*

G xisse



*idem usis Saxon.  
tuetur.*

*präveniendo quoque fit  
restitutio.*

*lapsu termin. prob. sal.  
tem deducto.*

*Et Judex prävenire, Pro-  
curat. qui fatale negle-  
xit, manente, haud pro-  
hibetur, alias secus est.*

*haud perperam impen-  
sarum resusio injungi-  
tur illi, qui restituitur.*

*Minorum restitutione  
gaudent majores litis  
consortes.*

xisse *O.P.S.b.T. §.IV. verbis*: in welchem passu wir es bey der Ver-  
ordnung gemeiner Rechte bewenden lassen / idemq; observan-  
tia Fori tuetur. Conf. Dn. BERGER. *ad h.t. obs. 3. voce: verum.* adeo  
ut Judex präveniendo quoque restitutionem largiri queat. *a.  
Dec. El. 4. §. nachdem. j. l. f. C. in quib. caus. in integr. rest.* ceu factum  
in *S. C. P. L. Term. Trin. A. 94. & 708.* nec speciali probatione  
lasionis sit opus, quam deductus fatalis lapsus satis indicare  
censetur. *a. c. 3. c. 6. c. 8. X. de integr. rest. l. 7. §. 3. 11. ff. d. minor.* atque  
sic resp. in *F. J. L. M. Mart. A. 707. BERL. P. 1. Concl. 38. n. 60.* de quo  
dictum est *Disp. I. Proc. tb. 30.* licet cum minoribus adversariis  
contendatur. *a. l. 34. ff. d. minor.* Dn. RIVIN. *ad b. t. en. 107.* & quam-  
vis regulariter Procurator, qui fatale hoc neglexit, restitutio-  
nem postulaturus, non soleat audiri, siquidem suum factum  
impugnat. *a. l. 25. ff. d. adopt.* ac proinde alium ad restitutionem  
petendam constitui expedit. Dn. RIVIN. *ad b. t. en. 104.* präveni-  
endo tamen, ad redimendam litis moram. *a. d. Dec. 4. l. f. C. in  
quib. caus. in integr. rest.* etiam manente eodem Procuratore,  
principali subveniri potest, ceu contigit in *S. C. P. L. in C. G. v. B.*  
und Conf. *:/ J. W. E. und Conf.* ubi pronunciatum esse recor-  
dor: Numehr aus denen Acten so viel zu befinden / daß Cl. ge-  
stalten Sachen nach / an seinem Beweise durch Zeugen sich noch  
zur Zeit nicht versäümet. Interim aequitas & juris ratio patitur  
eum, qui restitutionem impetrat, in causa retractata expensas  
adversario restituendas condemnari. *a. l. 9. §. 2. ff. d. minor. l. 24. §.  
4. ff. eod. j. l. un. C. d. reput. que sunt in jud. in integr. rest.* Dn. BERG.  
*ad Proc. b. t. not. 3. p. 663. BERL. P. 1. Concl. 38. n. 64. JASON. in v. un. §. si  
procurator. 2. ff. si quis jus dic. non obtemp. n. 15.*

XXI. Nunc quoque expendi conveniet, an & quatenus  
restitutio minorum, circa Probationis fatale neglectum, majo-  
ribus litis consortibus proficit? Equidem, fatalia esse individua  
si concesseris, ex minorum persona majores, citra distinctio-  
nem, beneficio restitutionis adjuvari postulabit juris ratio. *a. l.  
25. §. 10. l. 27. ff. famil. herc. l. 10. §. ff. d. appellat. l. 2. §. 1. ff. d. V. O. l. 30. ff.  
d. liberal. caus.* attamen quia solum à fatali petitem fundamen-  
tum



tum jus simpliciter individuum, ne quidem juxta Juris Civilis dispositionem, parit, dum ad rationem appellationis respici *in causa individua.*  
 jubet *l. 10. §. ff. d. appellat. c. 12. X. cod. l. 47. §. 1. ff. d. minor. j. l. 15. §. ff. de inoffic. testam.* SCHILT. *ad r. Ex. 49. §. 12.* proptereaque, in laudemii exactione, cum omnes confortes litis una sententia essent pro confessis & convictis habiti, saltem minoribus per restitutionem subventum est in *F. J. L. M. Jan. A. 700.* præterea ab omnibus cohæredibus suscepta exactio hæreditarii nominis, quod ipso jure est divisum, separari confortes pro rata patitur. *l. 2. C. d. her. act. l. 6. C. fam. herc.* idem quoque attendendum erit toties, quoties confortum jura commodè sunt separabilia; at quando hæc ita sunt connexa, ut separari sine illius, qui restitutionem impetrat, præjudicio nequeant, commune hoc esse beneficium majoribus largior. *a. l. 10. ff. quemadm. serv. j. l. 34. pr. Si. ff. d. ad lit. edict. l. 4. §. 3. ff. si serv. vind.* atque sic distingvi posse eo casu, quo majorum probatio pro deserta declarari poterat, omnino salva minorum probandi licentia visum *F. J. L. M. Aug. 705. a. l. 25. §. 13. ff. fam. herc. l. 47. §. 1. ff. d. min. l. un. C. Si in commun. ead. caus. rest. in integr. postul. Conf. HEIG. P. 2. q. 19. n. 39. seq. Dn. RIVIN. ad O. P. S. b. t. en. 98. BRUNN. ad d. l. 47. §. 1. ff. d. min. PAUL. de CASTRO ad l. un. C. si in commun. ead. caus. n. 3. MAURIT. de Restitut. in integr. c. 186. n. 5.* sunt autem causæ plerumque individua. *HOEMANN. de Jure rer. individ. c. 5. apb. 4.* Non mirum itaque quod in Praxi sapienter majoribus per minores succurratur, quandoquidem difficillima plerumque est utilitatis minorum & majorum, absq; illorum lesione, separatio. *l. 47. §. 1. ff. d. minor. c. 32. de præbend. in 6. CARPZ. P. 2. C. El. 9. d. 4. ceu pron. S. C. P. L. Term. Cruc. A. 98. & resp. F. J. L. M. Jun. 704.* unde fit ut in dubio confortibus tanto facilius subveniatur. *a. l. 27. ff. fam. herc.* atque in eam sententiam concepta est generaliter *Ord. Proc. Sax. El. publica auctoritate nondum promulgata T. 20. §. 63. foll.* Quod si is, qui in communione est, solus de jure individuo e.g. *majoris autem deserta probat. in puncto individuo non nocet in communione constituto.* venationis contenderit, & probationem deseruerit, socio non audito id planè non præjudicat, sed iste jus suum plenissimè



persequi potest. *a. l. 63. ff. d. re jud. l. 10. ff. quemadm. serv. am. l. 85. §. 2. d. V. O.* sicuti pron. *F. J. L. Mens. Jun. 705.*

Universitates etiam  
restit. *advers. Term.*  
*Prob. lapsion J. Sax.*

*quod constir. at cum*  
*Jur. Cis.*

*sive universitas sit major*  
*sive minor.*

*item Ecclesie.*

*sed intra quadrienni-*  
*um.*

*Fiscus etiam restituitur.*

XXII. *Universitatibus quoque pollicetur adversus lapsum*  
Termini Probatorii *Restitutionem in integrum Ord. Proc. Sax. b.*  
*T. §. und dieweil. IV.* quod cum Jure Civili conspirare puta-  
mus, siquidem universitatis res etiam per alios administran-  
tur, eaque instar minorum facile læduntur, atque illorum ju-  
re fruuntur. *a. l. 1. C. d. offic. ej. qui vic. al. jud. l. 2. l. 3. C. d. jur. Reip.*  
*j. l. 38. §. 1. ff. d. reb. auct. jud. poss. l. 1. §. 1. ff. quod cuj. univers. nom.*  
*CARPL. P. 1. C. 16. d. 19. BALD. ad l. 4. C. ex quib. caus. Maj. n. 2. Diff.*  
*CYN. ad d. l. 4. n. 23. conf. TRENTACINQ. l. 2. d. Restitut. in in-*  
*tegr. Resol. 3. n. 3. seq.* ubi inter minores & majores universitates,  
teste observantia fori, haud distinguitur; unde universitates  
pagorum collegiorumque, etiam minimorum, per restituti-  
onem adjuvantur. *a. l. 37. ff. d. legib. & judicium ruri, in paucis sæ-*  
*pè personis consistens, (die Dorff Gerichte) eodem Privile-*  
*gio fruitur. Idem de Ecclesia judicandum, ista enim jure mi-*  
*noris debet semper, i. e. quovis casu, a. l. 34. ff. d. neg. gest. verb.*  
*perpetuo. pr. l. d. satisd. tut. illasa servari. c. 1. X. d. in integr. rest.*  
*c. 1. d. rest. in integr. in 6. CARPL. l. 2. Resp. 96. n. 9. atque hoc jus*  
*Ecclesie ad quadriennium merito restringitur, ne beneficium,*  
*ad minorum jura se referens, ipsorum privilegio sit potentius.*  
*dd. cc. id. d. l. n. 4. SEORT. ODD. de rest. in integr. Part. 1. q. 19. n.*  
*22. seq. ita resp. F. J. L. Mens. Aug. 704. Diff. Dn. STRYK. us-*  
*mod. 7. t. d. minor. §. 17. idemque constans apud nos tuetur u-*  
*fis. Quoniam Jura Reip. Fisco denegari non solent, hic pa-*  
